




**Liber, continens doctrinam, administrationem  
sacramentorum, Ritus Ecclesiasticos, formam Ordinationis,  
Consistorij, Visitationis, & scholarum in ditione  
Illustrissimorum Principum ac Dominorum, D. Iohannis  
Alberti, & D. Hulderici, fratrum, Ducum Megapolensium,  
Principum gentis Henetae, Comitum Suerini, Dominorum  
Rostochij & Stargardiae, &c.**

<https://hdl.handle.net/1874/431513>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

PRÉDIQUE


F. oct.

302










Miscellanea Theologica

Octavo n°. 302

of light ca. 50,000



q. -

LIBER, CONTINENS  
DOCTRINAM, ADMINISTRA-  
TIONEM SACRAMENTORVM,  
Ritus Ecclesiasticos, formam Ordinatio-  
nis, Consistorij, Visitationis, & Scholarum  
in ditione Illustrissimorum Principum ac  
Dominorum, D. Iohannis Alberti, & D.  
Hulderici, fratrum, Ducum Megapolensi-  
um, Principum gentis Henetæ, Comitum  
Stuerini, Dominorum Rostochij &  
Stargardiæ, &c. à Iohanne Fre-  
dero in latinam linguam  
conuersus.

A proposito de sacra missa  
Ex donatione H. Brügfeldy

FRANCOFORTI, EXCVDE-  
bat Petrus Brubacchius, Anno

M. D. LXIL



ପ୍ରମାଣିତ କାହାଙ୍କାରୀ

# Illuſtriss. Princi

PIBVS AC DOMINIS,  
DOMINO IOHANNI ALBER-  
to, & D. Ulrico, Fratribus, Ducibus Megapo-  
lensibus, Principibus Gentis Henetæ, Co-  
mitibus Suerini, Dominis Rostochij &  
Stargardia, Dominis suis  
clementissimis.

**R**ATIA M & Pacem à Deo  
Patre per Christū. Illuſtriſ-  
ſimi Principes, Domini Cle-  
mētissimi. Veriſſimum eſt  
illud Græcorum dictum  
*Ἐπανοցθοῦν παντὸς ἐσιν, ναθοցθοῦν δὲ*  
*δύνεται ταῦτα.* Multi enim, naturæ qua-  
dam prauitate, nimium proclives sunt ad  
facta aliorum uituperanda & carpenda, &  
maxime ij ſepè, qui illis meliora efficere  
uix ipſi potuiffent. Non uero id dico, quod  
hanc meam uerſionem omnem reprehē-  
ſionem effugere aut nullam emēdationem  
admittere posse putem: nam ipſe ingenuè  
fateor, me ipsum multa defuderare, quam-  
uis in nostris hallucinemur, & foetus no-  
ſtos etiam deformitate aliqua notabiles,  
amemus, & nimium etiam uičijs nostris, a-

## EPISTOLA

Iiquando etiam crassis, blandiamur) tantū abest ut mihi persuadeam non potuisse ab alijs uerti terlius & dexterius: Verūtamen ea etiam in spe uersor, paucorum suscepti huius à me laboris reprehensionem fore mihi pertimescendam, si causas instituti huius mei cognoscere sustinuerint.

Graues sanè causæ sunt, quam obrem cū alios Germanico sermone scriptos piorum & doctorum uirorum libros: tum uero hanc Ecclesiarum Megapolensium Constitutionem in Latinum sermonem conuersam extare meo iudicio expediat. Primum enim apud homines exterarum nationum testimonium nobis dicet de doctrina & eutaxia Ecclesiarum nostrarum, Et ita ad omnes posteros testatū relinquetur, quæ dogmata in Vestrarum Cels. Ecclesijs tradantur, & qui ritus in ijs ac ceremoniæ seruentur. Ac eo quidem testimonio ualde nobis opus esse perspicuum est, cum hostes ueræ doctrinæ apud exterorū maximè, confictis criminationibus in eam suspicionem Germanicas Ecclesias, quæ ueram doctrinam profitentur, adducere contentur, quasi omnibus ceremonijs proiectis & proculcatis, nullum nec seruent nec curent ordinem: quasi nullis coniugij uinculis, nulla disciplina cōtineantur: non uirtutem, non honestatis studium colant: beluarum

Iuarum in morem uitam degant, ab omni ratione a communi sensu abhorrentem. Hanc autem criminationem falsissimam, & *λιαθολην* teterrimam infringi & refelli ad harum Ecclesiarum existimationem, ut permagni interest, sic per huius libri uocē, Latinē in exteris prouincijs loquentem, ualidissimē retundi potest.

Inde porrò & hæc emanabit utilitas. Cū enim pīj in exteris regnis doctrinæ puritatem, & pulcherrimum disciplinæ ac rituum in Ecclesijs ditionum Cels. uestrarum ordinem conspicient, magno & ipsi gaudio afficiēntur, & Deum quoque pro hoc summo beneficio atque ornamento huius prouinciæ perpetua gratiarum actione celebrabunt. Neque fieri potest quin mirifica quadam ac sancta uoluptate perfundatur uerè pīj hominis animus, tam florentem Ecclesiæ statum intuens, ubi & doctrina uerbo Dei consentanea fideliter traditur ac propagatur, ceremoniæ ordine acritè peraguntur, honestaq; ac salutaris disciplina uiget.

Præterea cum hoc libro in uernacula lingua publicato præclaram Confessionem fideli Celsi. uestræ ediderint, appositissimum & pulcherrimum erit, eodem Scripto Latinè diuulgato Cels. uestras apud omnes populos, adeoq; in toto Christiano orbe ue-

## EPISTOLA

stram de religione & doctrina sententiana  
publicè profiteri: Quod quidem non tan-  
tum ad gloriam Dei per totum orbem am-  
plificandam in primis pertinebit, uerum  
etiam Vestris Celsitudinibus ad ueram ac  
perpetuam Iaudem erit fructuosum cum  
summa Dei ipsius omniumq; angelorum  
& electorum comprobatione & applausu.  
Neq; etiam dubitari potest, quam doctrinā  
ueraculo sermone Cels. uestræ professæ  
sunt, quin eam quoq; inter omnes populos  
liberè ac sincerè infracta constantia sint cō-  
fessuræ: nihilq; uestris Cels. posse accidere  
iucundius quam ut hæc Confessio in om-  
nibus gentibus atque linguis à q; plurimis  
euoluatur, ad gloriam diuini nominis cele-  
brandam Ecclesiæq; utilitatem augendam.

Omitto quòd Latinus hic liber factus e-  
tiam ad propagandum & dilatandum la-  
tius Dei uerbum, non parum faciet, eaq; oc-  
casione gloria Dei illustrabitur, & plures  
uera filij Dei agnitione imbuentur. Quam  
quidem ad rem hoc scriptum plus momen-  
ti poterit afferre propter gratiam & autori-  
tatem clarissimi nominis uestri, cuius in-  
scriptione multi in exteris gentibus inui-  
tati, maiori studio ad hunc librum perle-  
gendum accendentur. Cumq; Scripta quæ  
sub Principum nomine in lucem exeunt  
non ita facile interdicere & abolere Aduer-  
sarij

sarij audeant, ut lucubrations à Theolo-  
 gis emissas, sperādum est hunc librum plu-  
 res prouincias peragraturum quām multo  
 rum Theologorum uolumina. Eandem e-  
 tiam ob rem non ad præsens solum tem-  
 pus: sed ad omnem posteritatē multi mul-  
 tiplicem inde fructum percepturi sunt. Ab  
 surduin enim esset & à promissione Dei  
 alienissimū, cū dogmata quæ hoc libro cō-  
 tinentur, uerbo Dei sint consentanea, & fir-  
 missimis Scripturę testimonijs nitantur, le-  
 ctionem eorum fore infrugiferam cogita-  
 re. Quòd si uel unus saltem hoc modo ad  
 uerx doctrinæ cognitionem duceretur, cer-  
 tè non male collocatus esset labor. Sed cum  
 Deus certo polliceatur, uerbum suum non  
 renuersurum ad se uacuum, indubiè multi  
 hoc libro perleto, agnitis erroribus, ad me-  
 liorem frugem sunt reddituri, non nostra  
 tantum ætate, sed & in posterum ad finem  
 mundi usq.

Ad hæc Tyronibus in Theologia quibus  
 Latinus sermo nondum familiarissimè no-  
 rus est, utilis & accommodata quoq; hæc  
 Versio esse poterit. Nam uernaculum scri-  
 ptum cum ea conferentes & res ipsas meli-  
 us intelligēt & Latinum sermonem simul  
 per occasionem addiscent. Ea quoq; de cau-  
 sa inter uertendum non longius à uerbis  
 discessi, ut & quidam magni uiri césent in

## EPISTOLA

uertendis Theologicis scriptis non temere  
à uerbis abeundum.

Cùm autem Illustrissimi & laudatissimi  
Principes, hic Liber in Megalburgica  
lingua à me de V. C. mandato antè sit con-  
uersus & in eadem lingua Vestrarum Cels.  
nominibus editus, & uestris Ecclesij com-  
mendatus, putaui & hunc meum laborem  
V. C. esse dedicandum, ut clarissimorum  
nominum uestrorum auspicio auspicati-  
us in publicum exiret, & ut testimonium  
ac monumentum aliquod mei officij, stu-  
dij, atq; obseruantiae erga C. V. extaret. Ac  
rogo C. V. ea, qua decet submissione & re-  
uerentia, etiam atq; etiam, ut pro singulari  
& heroica uestra bonitate & clementia hūc  
meum laborem comiter, placide & huma-  
nè accipiatis, hocq; meum studium & ob-  
seruantiae erga V. C. pignus ac uoluntatis  
deditissimæ testimonium boni cōsulatis.  
Deum æternū Patrem Domini nostri Iesu  
Christi toto pectore oro, ut Celsit, uestra  
quām diutissimè seruet in columnes, utquæ  
Ecclesiæ & reipub. eum statum, qui puri-  
tate Religionis, pace diuturna ac perpetua,  
honestis legibus, salutari disciplina ad to-  
tius ditionis uestræ commodum ac salu-  
tem in omnem posteritatem floreat. A-  
men. Christus Iesus thronum uestrum iu-  
sticia, & solium æquitate stabilitat, ani-

NVNCVPATORIA. 9.

mosq; uestrros firma, fraterna ac pia chari-  
tate coniungat, Amen.

V. C.

Deditis,

Iohannes Frederus.

A 5

## PRÆFATIO.



MULTIS ab initio, conspicuis & certis testimonij o-  
mnipotens & æternus Deus  
humano generi se patefecit,  
ut eductione populi Israel  
ex Agypto, missione filij sui Iesu Christi,  
resuscitatione mortuorum, plurimisque in-  
signibus miraculis, Quibus testificatus est,  
miseram hanc & imbecillem naturam hu-  
manam non tantum ad hanc fluxam & ca-  
ducam uitam esse condita, sed ut in huma-  
no genere Ecclesiam sibi colligeret, cui su-  
am sapientiam, Iusticiam & læticiam in o-  
mni æternitate communicaret. Cum ita-  
que genus hominum in peccatum lapsum  
fit, Deus filium suum unigenitum Iesum  
Christum in terras misit, additis multis  
ijsque luculentissimis & illustrissimis testi-  
monijs, ut pro nobis fieret uictima, & iram  
Diuinam placaret, effletque omnibus temporo-  
ribus omnium credentium Mediator &  
Seruator. Tradidit simul & doctrinam  
suam, qua homines uocat ad æternam salu-  
tem. Ac uult omnes homines, qui per uer-  
bum Dei ad ipsum conuertuntur, ueraque  
fiducia Christi Seruatoris peccatorum re-  
missionem accipiunt, hoc modo sanctifi-  
cari, ut filius in cordibus uerbum id  
uiuificum

uiuiscum aut consolationem hanc dicat,  
quod Deus ipsis sit propicius. Atque ita  
corda ē morte & inferno erepta Spiritu  
sancto donat, ut læticia in Deo acquiescen-  
te fruantur, eumq; uerè inuocent. Vultq;  
hanc suam Ecclesiam clementer custodire  
& gubernare, & post hanc uitam ad se tra-  
ducere, ac sibi consociare, ut in uita æter-  
na ab ipsa uisibiliter & clarè conspiciatur,  
& ut sapientiam suam plenius discat, & ut  
illustretur luce, Iusticia, læticiaq; cœlesti,  
inq; ea in sempiternum maneat. Contrà  
uero omnes homines, qui doctrinam ipsi-  
us non recipiunt, in horrendos ac æternos  
cruciatus certissimè coniijciet, ubi perpe-  
tuo eoq; summo angore, fuga, indignatio-  
ne, & furore contra Deum frementes æquè  
ac Diaboli torquebuntur.

Vt autem hæc Dei uoluntas eiusque Fi-  
lius Iesus Christus & uox diuina in genere  
humano innotesceret, Deus ipse ministe-  
rium uerbi instituit, uultq; esse publicos  
& honestos cœtus, in quibus Verbum Dei  
publicè proponatur, per quod Filius Dei  
uerè est efficax. Ideoque omnibus homi-  
nibus serio mandauit, & ut doctrinam su-  
am audiant, & ad conseruationem Ministe-  
rij fideliter opem ferant.

Eamq; ob causam Principes Magistra-  
tusq; politicos s̄pē severè Deus compel-

Ians, monet, ne oblatum Verbum reijciant,  
Vt Psal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimi-  
ni qui iudicatis terram. Præcipit etiam re-  
gibus principibusq; atq; etiam omnibus  
hominibus ut filium cum obseruantia re-  
uerenter excipiant & osculentur. Qui uero  
eum non sustinent agnoscere & colere, ij  
horribiliter destruentur, & delebuntur. In  
Propheta etiam Esaia 49. capite, Reges iu-  
bet Deus esse Ecclesiæ nutricios. Ac ipse Pa-  
ter æternus de celo sua ipsius uoce omni-  
bus hominibus filium suum unigenitum  
commendat, ubi ait, Hic est Filius meus di-  
lectus, in quo mihi beneplacitum est, hunc  
audite.

Propter summa hæc & seuera immuta-  
biliaq; Maiestatis diuinæ mandata agno-  
scunt Illustrissimi ac laudatissimi Princi-  
pes Megalburgici se Deo hanc obedienti-  
am ante omnia debere, ut omnem adhibe-  
ant diligentiam, quo in ditione ipsorum  
doctrina Euangelij purè & fideliter trâda-  
tur, & ut in filij Dei eiusq; beneficiorum ue-  
ra agnitione Deus inuocetur & celebretur,  
& multi homines æternam salutem conse-  
quantur, Vtq; Ecclesijs idonei doctores pre-  
ficiantur, confistoria constituantur, piaq;  
disciplina & literarum studia conser-  
uentur.

His de rebus hic liber tractat, estq; in lu-  
cem

em editus, ut publicè constet, quæ doctrina, & qui ritus in huius ditionis Ecclesijs seruentur. Ac filium Dei, qui sibi æternam Ecclesiam colligit in eo cœtu, ubi uox Euangelij sacrosancta pure sonat, rogamus, ut harum regionum Ecclesijs paternè regere, tueri, & conseruare dignetur. Nec hoc scripto aliud quicquam agitur, nisi ut unica, uera & æterna illa Euangelij doctrina, quam Deus singulari clementia & bonitate per filium suum Iesum Christum patefactam, monumentis Prophetarum & Apostolorum complexus est, sincerè doceatur, in eadem sententia, quæ in Symbolis, Apostolico, Niceno, & Athanasij expressa est. Cū qua congruit Lutheri Catechismus, eaq; quam ipse edidit Confessio, & illa altera quæ Imperatoriæ Maiestati in conuentu Imperij Augustæ Anno 1530. exhibita est. Congruit & doctrina Saxoniarum Ecclesiarum, quæ nunc Lubecæ, Hamburgi, Lüneburgi, & in alijs urbibus docetur. Quibus cum etiam nos ad gloriam Dei & mulitorum hominum salutem in uero consensu seruare concordiam cupimus. Et ut iam dictæ Ecclesiæ Pontificias Idolomanias & abusus, cæterosq; errores repugnantes Euangelio reprehendunt interdicunt & abrogant: Sic etiam ijdem errores in Ecclesijs Megalburgicis uoce uerbi diuini refutari,

prohiberi & aboleri debent. Ac si qui ad doctrinam pertinentia inciderint, Ecclesiæ Megalburgicæ cum uicinis, quorum mentio suprà facta est, amanter conferent, ut ad gloriam Dei & multorum hominum salutem pia concordia in multis regionibus conseruetur & alatur. Nouit enim Deus, qui omnium hominum corda introspicit & iudicat, nos seiuunctionibus friuolis, & temerarijs, dissensionibusq; non necessarijs uehementissimè offendit, & ex animo cuperet, ut Deus rectè inuocetur & à nobis & plurimis alijs in omnem æternitatem celebretur. Vnigenitus filius Dei Iesus Christus corda nostra spiritu suo sancto flectat, regat, & confirmet, piamq; inter nos concordiam seruet. Id toto peccatore oramus, Amen.

Liber

# Liber Conti-

NENS DOCTRINAM,  
 administrationem Sacramentorum, ritus  
 Ecclesiasticos, Formam Ordinationis, Con-  
 fistorij, Visitationis & Scholarum in ditio-  
 ne Illustrissimorum Principum ac Domi-  
 norum, D. Iohannis Alberti & D. Hulderi-  
 ci, Fratrum, Ducum Megapolensium, Prin-  
 cipum Gentis Henetæ, Comitum Suerini,  
 Dominorum Rostochij & Stargardie, &c.

à Iohan. Fredero in Latinam lin-  
 guam conuersus.



D piam ac salutarem Eccle-  
 siæ constitutionem quinq;  
 potissimum requiruntur.  
 Primum est plantatio aut cō-  
 stitutio ac cognitio tum u-  
 nicæ, uerae, æternæ & synce-  
 ræ doctrinæ Euāgelij (quam Deus immen-  
 sa misericordia inde usq; à primordio mū-  
 di subinde suæ Ecclesiæ patefecit & com-  
 mendauit:) tum ueri ac legitimi usus Sacra-  
 mentorum, Sic enim filius Dei inquit Mat-  
 thæi ultimo, Docete eos seruare omnia  
 quæcunq; præcepi uobis, Item: Qui me di-  
 ligit, sermonē meum seruat, & Pater meus

diligite eum & ueniemus ad eum, & manfi-  
onem apud eum faciemus.

Secundum est propagatio doctrinæ &  
conseruatio ministerij Euangelici. Deus e-  
nim hoc modo æternam Ecclesiam inex-  
hausta & immensa misericordia propter si-  
lium suum Iesum Christum uult collige-  
re, ut sint publici honesti congressus, in qui-  
bus certæ personæ populo doctrinam Eu-  
angelij enarrent, & Sacra menta admini-  
strent. Et quidem ipse Filius Dei primi con-  
cionatoris & senatoris officio in Paradiso  
functus, & post assumptam humanam Na-  
turam ad docendi munus missus est. Et an-  
te incarnationem Prophetas, postea Apo-  
stolos misit: quod & ipse testatur inquiens.  
Sicut me misit Pater ita & ego mitto uos. Id  
singulis temporibus de omnibus ueris do-  
ctoribus ad ministerium uerbi uocatis in-  
telligatur, quod Filius Dei mittat eos, ac  
per uocem Euangelij efficaciter operetur,  
& æternam sibi colligat Ecclesiā. Sic & Di-  
uus Paulus de Ministerio ad Ephe. 4. ait, A-  
scendit &c. dona dans hominibus, Apo-  
stolos, Prophetas, Euangelistas, Pastores & do-  
ctors. Ille omnibus temporibus æterni sa-  
cerdotis ac custodis conseruatorisq; Euan-  
gelici ministerij officium sustinet, & semi-  
per fouet ac tuetur uisibilem aliquem ho-  
nestum cœtum. Ideo etiam conseruat im-  
peria

peria, politias, & exuscitat aliquando immēdiatē concionatores, sicut excitauit Prophētas & Apostolos. Præterea & Ecclesiæ mandauit ut Pastores aut ministros uerbi uocaret & constitueret. Quare ad ministerij conseruationem requirūtur ordinatio aut uocatio ministrorum, ut idoneis personis Ministerium committatur. Huc pertinet & uitæ anteactæ & doctrinæ exploratio.

Deinde ad ministerium conseruandum opus est & consistorijs seu Iudicijs Ecclesiasticis, ne corruptelæ ueræ doctrinæ irrepāt, & ut alia enormia notoria & manifesta delicta puniantur & offendicula ē medio tollantur, & ut externa pia disciplina seruentur. Huc & Synodi & uisitatio pertinent.

Tertium est, ut honestæ & utiles quædam externæ ceremoniæ in templis seruentur, uidelicet ordo lectionum, Canticum, Festorum, à quibus tamein remotus sit abusus, ne obscuretur Fides, & ne conscientijs laquei iniijciantur, ut ita retineantur publicæ honestæ congregations, in quibus Deus inuocetur & celebretur.

Quarta pars est Conseruatio piarū Scholiarum & studiorum. Seriō enim Deus uult aliquot homines ita educari ac informari, ut monumenta Prophetica & Apostolica ipsi legere & posteā alijs proponere & tradere queant. Huic rei ancillatur quasi litigia

rum & aliarum artium cognitio ut Paulus testatur Timotheo præcipiens ut sit assiduus & attenus in lectione, doctrina & consolatione, Quod quidem sine adminiculo Scholarum bene constitutarum nullo modo fieri potest.

Quinta pars est cōstitutio certorum bonorum aut prouentuum seu reddituum, unde ministris in Ecclesijs & præceptoribus in officiis ingeniorum aut Scholis tam publicis quam priuatis debita suppeditentur alimenta aut salario, cuius rei mentionem diuina quoq[ue] præcepta faciunt. S. Paulus expressis uerbis dicit. Corinth. 9. Sic Dominus ordinauit, ut qui Euangelium annunciant, ex Euangeliō uiuant.

### DE PRIMA PARTE, VI-

delicet de doctrina.

**O**nnipotens & uerus Deus citra con-  
trouerfiam angelos & homines mi-  
rabili consilio condidit, ut haberet  
creaturas, quibus communicaret suam sa-  
pientiam & bonitatem, & à quibus uicif-  
sim agnoscetur & celebraretur. Insuper  
& post præuaricationē Adæ & Euæ, ex im-  
mensa misericordia propter filiū suum ho-  
minem in gratiam recepit, & in genere hu-  
mano æternum aliquem cœtum sibi colli-  
git. Ideo etiam illustribus, certis Testimo-  
nij

nijſ & miraculis ſe nobis patefecit, misit ſu-  
um Filium, & certam tradidit doctrinam,  
unde ueram ipſius notitiam hauriremus,  
ipſum recte inuocaremus, & obedientia co-  
leremus. Hanc doctrinam monumentis  
Prophetarum & Apostolorum compre-  
hendi uoluit, quam & testimonij ornauit  
ac confirmauit, & Eccleſiam uult alliga-  
tam eſſe ad hanc unicam doctrinam. Nul-  
la itaque Eccleſia, nulli hæredes æternæ  
beatitudinis ibi ſunt, ubi hæc doctrina  
non eſt, ut Eccleſia non eſt apud Ethnicoſ,  
Mahometiſtaſ, Iudeoſ & Pontificioſ, do-  
ctrinæ Euangelicæ perſecutores. Sic enī  
Paulus loquitur: Non potest poni aliud  
fundamentum, quām quod poſitum eſt,  
quod eſt Christus Ieſus. Item, Iohannis de-  
cimoſeptimo. Hæc eſt uita æterna, ut agno-  
ſcant te uerum Deum, & quem miſisti Ie-  
ſum eſſe Christum.

Econtrà etiam, ubi syncera Euāgelij do-  
ctrina docetur & ſonat, ibi uerè eſt Eccleſia  
Dei. Ibi. n. per Euangeliū Deus uerè in oīn-  
piorum cordibus eſt efficax. Semper etiam  
in hoc coetu aliqui ſunt sancti & electi, qui  
ſalutis conſortes fiunt. Quemadmodū Do-  
minus Ieſus Christus dicit: Oues meae audi-  
unt uocē meam. Oés etiam homīnes debēr-  
eſſe ciues & mēbra huius ueræ Eccleſiaz. Et  
hæc maximā habent consolationē, q. nō in-

alijs sectis, sed in dicta iam congregatiōne Deus acceptos, regeneratos & suos electos habeat, Ideo & David inquit Psal. 27. Vnum oro à Domino hoc requirā, uidelicet ut maneam in Domo Domini omnibus diebus uitæ meæ.

Illud igitur maximè necessarium est, atque primo loco spectandum, ut Christiana doctrina purè & integrè proponatur ac conservetur, in qua Deus essentiam & voluntatem suam nobis reuelauit, quæ & in scriptis Propheticis & Apostolicis & in symbolis Apostolico, Niceno, & Athanasiano continentur, Quibus consentit Catechismus & confessio à D. Luthero scripta, & altera illa confessio in conuentu Augustano Cæsa. Ma. anno 1530. exhibita.

Huius doctrinæ summam & omnes partes scitu necessarias ipsi Pastores optimè tenant & auditoribus incorruptè ordine & perspicuè explicent, & proponant, ut ordine præcipuos locos percipient, & discrimen ueræ doctrinæ & falsarum sectarum intelligent. Operatur Deus ipse & per suum uerbum est efficax. Sicut Christus orat: Pater sanctifica eos tua ueritate, Sermo tuus ueritas. Et Paulus: Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti.

In primis uero Catechismus, cuius pa-  
lo ante meminimus, & symbola populo  
proponen-

proponēda, unde necessarias partes doctrinæ Christianæ ordine quodam hauriant. Quare pro temporis ratione sæpius repeatantur. Ac uidetur consultum & ex re Ecclesiæ esse maximè futurum, ut ij qui præficiuntur ministerio, de omnibus locis aut articulis sequentibus interrogentur, quo populum rectius & melius ipsi informare & docere solidius queant.

De discrimine ueræ doctrinæ & Ethnica-  
rum religionum & aliarū sectarum &c.

De essentiæ diuinæ unitate.

De tribus personis diuinitatis.

De unione utriusque naturæ in Christo, ex  
uirgine nato.

De discrimine ueræ & falsæ Ethnicorum  
invocationis.

De creatione omnium rerum.

De lapsu primi hominis.

De peccato, de peccato originis, & peccatis  
actualibus.

De diuina & æterna lege, & discrimine decem præceptorum, & cæterorum mandatorum in Mose, de Leuiticis ceremonijs, & legibus forensibus ac Ciuilibus.

De discrimine Legis & Euangelij.

De remissione peccatorum & modo iustificationis hominis coram Deo propter Iesum Christum, per fidem.

An uera sit hæc propositio: Sola fide iustificamur.

De discrimine doctrinæ nostrarum Ecclesiæ in hoc articulo, & falsæ doctrinæ Papisticæ.

An Papistica hæc doctrina uera sit: Hominem semper, de Remissione peccatorum, & an placeat Deo, dubitare debere.

De bonis operibus.

Quæ sint facienda bona opera.

Quomodo Deo placeant.

In Sanctis etiam peccata in hac uita manere.

Quæ peccata expellant Spiritum sanctum, ut homo incidat in iram Dei, & damnationem, nisi egerit pœnitentiam.

De Sacramentis.

De Baptismo.

An infantes sint baptizandi.

De Cœna Domini nostri Iesu Christi, quid in ea detur aut porrigitur, & quam ob causam uti ea debeamus.

De discrimine ueri usus & abusus Cœnæ Domini.

**C**ur Papisticæ missæ quibus Christum Deo Patri offerunt, & quibus remissionem peccatorum se mereri putant, impiæ & abolendæ sint.

De Pœnitentia seu conuersione.

De Absolutione & Fide.

De præcipuis erroribus & falsis doctrinis Papista-

Papistarum, in Articulo de pœnitentia.  
Quid sit Christiana Ecclesia , ubi sit,  
& quibus notis aut signis agnosca-  
tur.

Cur Ecclesia Christi subiecta sit cruci, & de  
consolatione piorum in cruce,

De Ceremonijs ab hominibus in Ecclesia  
institutis.

De Libertate Christiana.

De Lege Moysi , & discrimine triū partiū  
Legis,

De Coniugio.

De Magistratu Politico.

De his necessarijs erotematis, seu de his do-  
ctrinæ capitibus Ordinandi audiantur exa-  
minetur & informetur, admoneanturque ut  
in cōcionibus ordine hæc doctrinæ capita  
seu hos locos pro ratione temporis & textus,  
quem tractant, populo propositos expli-  
cent , ut auditores explicatam luculen-  
tam ac claram, solidamque doctrinæ Christia-  
næ cognitionem, formam & epitomen ani-  
mo cōplecti & infigere queant. Quæ res ne-  
cessaria est ut uerè cōuertantur, ut uera fide  
imbuantur, ut ritè Deum inuocent, ut fir-  
mam in omnibus aduersis consolationenam  
habeat, & ut in ijs, quæ ad salutis rationem  
pertinent, probè informantur.

In Visitatione quoq; Pastores atque etiam  
populus, in his doctrinæ capitibus

## 24 De Doctrinę discrimin.

examinandus est, ut eo modo repetantur  
& ipsis inculcentur.

**T**QVOD EST DISCRIMEN IN-  
ter doctrinam & sectas alias, Ethnicam,  
Mahometicam, &c?

Respondeo. Ethnicæ, Mahometicæ & a-  
liæ sectæ sunt horrendæ, abominandæ, &  
damnabiles Idolomaniaæ, ac habent unam  
tantum particulam legis de externis mori-  
bus aut ciuilibus officijs, sed prorsus igno-  
rant Euangeliū & doctrinam de gratui-  
ta remissione peccatorum per Filium Dei  
Iesum Christum. Cùm autem Filium non  
agnoscant, nec honore suo ipsum dignen-  
tur, ideo à̄θεοι sunt & à Deo uero desciue-  
runt, & cultus idolorum alios atq; alios fin-  
gunt, nec sustinent agnoscere hunc esse ue-  
rum Deum, qui se per Mediatorem & Ser-  
uatorem patefecit.

**T**QVOMODO cognosci debet  
Deus? Respondeo.

Non alio potest aut debet modo cogno-  
sci quam quo se ipse pro sua misericordia  
patefecit, & quo eę patefactiones in Prophe-  
tarum & Apostolorum scriptis in q̄ symbolo  
Iis fidei Christianæ extant. Ex illis scriptis  
ac symbolis discimus esse unam diuinam  
essentiam omnipotentem, sapientem, uera-  
cem, bonam, iustum, puram, & castam, mise-  
ricordem, beneficam, liberrimam, irascen-  
tem

tem serio omnibus peccatis & creaturis peccato obnoxij. In hac una essentia diuina sunt tres distinctae personæ, Æternus Pater, æternus Filius, & æternus Spiritus sanctus. Et Pater æternus unà cum Filio & Spiritu sancto condidit cœlum & terram, Angelos & homines, & reliquas creaturas omnes. Quemadmodum hic articulus copiosius in uerbo Dei & in symbolis explicatur,

**QVOMODO** sunt discernendæ persona? Respondeo.

Æternus Pater est prima æterna omnipotens illa diuinatatis persona, plena immensæ sapientiæ, iusticiæ, bonitatis, ueritatis, & puritatis: non nata ab alia persona, nec procedens ab alia persona, sed quæ filium sui imaginem substantialem & integrâ ab æterno genuit, & à Patre & Filio procedit Spiritus sanctus, & hic æternus omnipotens Pater cum Filio suo æterno & æterno Spiritu sancto liberè omnes creaturas cœlum & terram, Angelos & homines condidit, & unà cum Filio & Spiritu sancto omnium creaturarum substancialiter conservat.

Æternus Filius est secunda persona Diuinatatis, æterna & omnipotens, plena Sapientiæ, Iusticiæ, Veritatis, Bonitatis, & puritatis, ab æterno Patre genita & essentialiter atq; integra imago Patris sese intuentis &

## 26 Personarum distin.

consyderantis. Estq; hæc persona sic nobis manifestata quod hic Filius sit uerbum æterni Patris, per quod æternus Pater dicit decretum & totum ordinem creationis & redemptionis ac reparationis hominum, & quod sit missus ab initio ad annuncian-dam gratiæ promissionem, & ad patefaciendum nobis mirandum illud & absconditum Dei consilium aut Mysterium: Et po-stea hæc sola diuinitatis persona scilicet Fi-lius humanam naturam in Virgine assu-psit. Estq; ad hoc destinatus, ac missus ut pro genere humano sit Hostia & eius Mediato-r, reconciliator & saluator, Et per huc & propter huc æternus Pater donat remis-sionem peccatorum, Iusticiam & uitam æ-ternam. Per huc etiam omnibus ætatibus, perpetuo ministerium Euangeli conserua-tur, & æterna ecclesia colligitur, & consola-tio in cordibus credentium per Euangeliū dicitur ad agnoscendum æternum Patrem. Atq; ita Filius per Euangelium & consolati-onem S. sanctum dat & mittit in corda cre-den-tium ut uitam & lætitiam habeant in Deo, eumq; uerè inuocent.

Spiritus sanctus est tertia illa omnipotēs, diuina persona, plena sapientiæ, iusticiæ, bo-nitatis, ueritatis, & puritatis, que persona ab æterno Patre & Filio procedit, estq; substâ-tialis amor & legitima in Deo & mittitur per uerbum

uerbum Dei in corda credentiū ut cōsolatiōnem ac lātitiam acquiescentē in Deo in iōnis accendat. Estq; in creditib. agitator, aut motor, eos excitās ad inuocationē Dei, & alias uirtutes, ut Paulus testatur Gala. 4. Deus misit Sp. Filij sui in corda uestra clamantem Abba Pater. & 2. Cor. 3. Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem trāsformamur à clāritate in claritatem tanq; à Domini Spiritu, id est, in Christum tanq; in speculū aliquod intuemur, & in eandem imaginem conformatamur per Spiritum Domini.

¶ Q V A R E tres Diuinitatis personæ non plures nec pauciores agnoscit, colit & inuocari debent? Respon.

Quia quæ de Dei essentia & uolūtate sci re nos oportet, ea uerbo suo patefecit Deus, nec aliter agnoscit debet, quām sicuti se uerbo suo patefecit. Est autem patefactio ea de Patre & Filio clare, luculenter, & irrefutabiliter expressa in i.ca. Ioh. his uerbis. In principio erat Verbū, & Verbū erat apud Deū, & Deus erat Verbū. Estq; hæc patefactio in multis locis euidentibus repetita, & in Baptismo Christi perspicuè ob oculos posita, ubi tres diuinitatis personæ illustri discrimine monstrātur. Ad hæc Dei agnitionē & inuocationē postea nos q̄q; in nostro baptismo sumus deuincti & obligati, his uerbis,

ubi minister dicit: Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, hoc est, Ego te stificor hoc ritu externo, à Deo instituto, te recipi à uero Deo in Gratiam, qui Deus est aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Iesus Christus Filius aeterni Patris eiusqe εἰκὼν καὶ λόγος (imago & uerbum) & Spiritus sanctus, & hic aeternus Pater recipit te propter Filium & sanctificat te Spiritu sancto suo, & hunc uerum Deum sic agnosces & inuocabis, sicuti te Baptismus tuus docet & commonefacit, nec quicquam aliud adorabis. Postea & hæc patefactio clare in symbolis expressa & proposita est. Hæc testimonia sèpe populo proponenda & explicanda sunt. Addenda & explicatio aliqua uocis Personæ, ut populus sciat quid ecclesia uocet personam, cùm dicimus tres diuinitatis personas esse. Est autem persona non commentitium quiddam, non cogitatio, aut imaginatio aliqua mortua seu inanis, nec accidens aut caducum aut mutabile quiddam, in alia aliqua re aut creatura hærens, aut ei annexum seu affixum: nec est particula aliqua, nec separabile aut confusum quiddam, sed est quiddam subsistens, uiuum, nō in multis, sed distinctum, & singulare, individuum, & intelligens, quod nec sustentatur ab alia creatura nec consernatur ab alia substantia communicata aut unita.

unita. Exempli gratia. Homo uiuens est persona, sed corpus aut cadauer solum non est persona. Sustentatur enim & gestatur a creature nobiliore, uidelicet ab anima. Post discessum animæ corpus dissoluitur, & computrescit.

¶ QVÆ persona assumpsit humanam naturam? Respondeo.

Secunda persona, eternus Filius Dei, qui æterni Patris imago & λόγος est, humanam naturam assumpsit in uirgine Maria, & duæ naturæ, humana & diuina, mirando modo unitæ sunt sic, ut hic Saluator Iesus Christus sit una illa persona, Deus & homo: & haec naturæ in ipso non separantur.

¶ CVR Filius Dei nominatur  
λόγος? Respondeo.

Primum ob id, quod æterni Patris integræ imago est, quæ nascitur cum Pater sese intuetur: deinde ob id, quod Filius haec est persona, per quam creatio enunciatur, per quam Pater dicit decretum & ordinem creationis, & quod sic creaturæ per eam enunciationem aut id uerbum aut decretum conditæ sunt. Tertiò quod diuina promissio per ipsum est prolata, atq[ue] ita diuinitas aut diuina uoluntas & misericordia manifestata & reuelata, quæ nullius creaturæ sapientia aut acuminus conspici aut inueniri po-

tuissent. Ideo Iohan. i. scribitur. Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit nobis. Et hic Filius est persona illa, quæ cum Patribus locuta est, & quæ Euangelium conservat, & per ministerium Euangelij efficax est, ut testatur Paulus, ubi ait: Christus qui in me loquitur. Hæc persona etiam, per externum uerbi ministerium dicit consolationem in corde tuo & effundit Spiritum sanctum: iuxta illud, i. Iohannis 4. Hinc cognoscimus quod in ipso manemus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dat nobis. Hoc experimur ubi in magnis terroribus consolationem & lætitiam sentimus, in Deo acquiescentes, atque ex infernis eripimur. Hanc explicationem omnes pīj & intelligentes, diligenter, & in timore Dei, atque in gratiarum actione obseruant, rationibus his, cur Filius Dei nominetur  $\lambda\delta\gamma\Theta$ , probè & diligenter, consideratis, & mirandum hoc consilium cur Filius Dei missus sit, & humanam naturam assumpserit, expidentes, primum cogitent, quod Adam & Eua morte extinti fuissent, nec uiuere potuissent, nisi per hūc Dei Filium, Dei  $\lambda\delta\gamma\sigma\tau$ , & per promissionem è morte erepti & uiuificati fuissent, atque ita totum genus humanum fuisse extinctum & frustra conditum.

Deinde hæc liberatio facta non fuisse nisi

nisi hoc consilium initum & decretum fuisset, quod à Filio humana natura esset assumenda, & quod ea persona Dei iram sedare & reconciliare debuerit. Propter hanc personam natura humana est conservata, & per eam Adam atque Eua consolatione erecti. Et cum homines peccaverint, hominem luere poenam oportuit. Ut autem hæc poena esset Lytron aut premium æquivalens, oportuit reconciliatorem esse Deum quoque. Nec ulla creatura poenam tantam sustinere potuisset, Quum etiam serpentis caput conterat, peccatum & mortem aboleat, iusticam & uitam restituat, Deum eum esse necesse est. Atque hæc omnia conficiuntur per Filium qui est æterni Patris λόγος. Per hanc enim personam missio enarratur & profertur, & Patris uoluntas manifestatur. Et hæc persona uitam & consolationem per Euangeliū in piorum cordibus accedit, estq; uerè Immanuel, id est, Deus nobiscum & efficax in nobis. Et si autem hanc summam sapientiam aut hæc mysteria & consilia diuina nemo inuestigare, assequi, & intelligere penitus & satis potest; tamen in hac uita discenda sunt quædam nobis huius sapientiæ rudimenta atque incunabula. Atque idq; debent hæc omnia diligenter expendi,

¶ DE discrimine Christianæ inuocationis & Ethnicæ.

Duo sunt præcipua discrimina inter inuocationem ueræ Ecclesiæ & Ethnicam aliasq; impias. Altera de essentia Dei. Altera de uoluntate Dei. Quod ad essentiam attinet, Ethnici, Turcæ, Iudæi & aliæ sectæ erroneæ, ut maximè glorientur à se inuocari Deum qui cœlum & terram condiderit, quemadmodum multum & strenuè clamant & scribunt, se eum Deum qui cœlum & omnia condidit solum colere, eæ tamen illorum cogitationes & clamores nihil sunt aliud quam uanitates, mendacia & idolomania. Non enim inuocant aut alloquuntur uerum Deum, sed fingunt & imaginantur aliquid quod Deus non est. Neq; enim agnoscant hunc esse suum Deum qui se certis testimonijs in doctrina aut uerbo suo & in Ecclesia sua patefecit, uidelicet quod una sit Essentia diuina Æternus Pater, æternus Filius Patris imago & λόγος, & Spiritus sanctus, & quod æternus Pater cum Filio & Spiritu sancto, omnes creaturas considerit, & quod Filius æterni Patris λόγος in terram missus humanā naturam assumperit &c. Qui uero hūc Filium Iesum Christum contumelia afficit, is & Patrem contumelia afficit, Iuxta illud Iohan. 5. Qui non honorat Filium non honorat Patrem. Atq; ideo

ideo in quotidiana inuocatione seriò cogitandum , quid & quem alloquamur in inuocatione nostra, & quid sit Deus, & quomodo Filius & Spiritus sanctus cognoscantur: de quibus quædam antè admonuimus, & ut nostram inuocationem quam longissimè ab Ethnica & Turcica sciungamus. Debet & cor uerum Deum fide intueri, qui se per Filium patefecit: sicuti inquit, Nemo uenit ad Patrem nisi per Filium.

Secundò prorsus ignorant Ethnici Messiam, nec sciunt aut statuere possunt, an Deus miseros homines exaudire uelit, & quomodo , & propter quid eos exaudiat cùm sint peccatores. Aerem tantum feriunt clamore suo, & inanes uoces effundunt, easq; effundunt cùm dubitatione & impatientia contra Deum . Hoc non est Deum inuocare, sed est Deum blasphemare. Nos uero mediatorem Iesum Christum filium Dei intueri & firma fide statuere debemus, quod Deus propter hunc Mediatorem uelit nobis esse propitius , & nos propter eundem exaudire & nobis adesse, & quod nos per hunc Filium Iesum Christum ex inferno liberet, det nobis uitam , Spiritum sanctū, iusticiam & uitam aeternam , ut Filius inquit, nemo oues meas rapiet è manu mea Iohā.10. Hac fide & fiducia in mediatorem inuocatio ad uerum Deum dirigenda est.

¶ DE CREATIONE O-  
mnium Rerum.

Multas graues & magnas doctrinas complectitur articulus de creatione, & quæ in hac breui Isagoge aut compendio prolixū esset enumerare. De his autem populus sæpe commonefieri debet, quod creatio sit opus totius Trinitatis, aut quod Trinitas omnia condiderit. Pater æternus enim cum Filio & Spiritu sancto cœlum & terram, angelos & homines, & omnes alias creature non coacte sed liberè è nihilo condidit. Pater æternus enim dixit uerbum, & in uerbo omnia expressit tanquam in imagine: per quod uerbum omnia conduntur. Et per Spiritum sanctum datur creaturis agitatio: creature eo mouentur, motantur & agitantur. Secundò per creationem & conseruatio creature intelliendi debet, estq; firmiter statuendum, Deum conseruare, gubernare ac moderari omnia: Ea res plena est consolationis, & ad ueram inuocacionem necessaria. Deus enim nō discessit ab opere suo, ut discedit faber à naui extructa, eam relinquens alijs gubernandam, sarcinendam atq; residiendam. Non sic discessit ab opere suo Deus: nec reliquit creature propriæ gubernationi: sed adest suis creaturis: conseruat, sustentat & gubernat cœlū & terram, Angelos & homines: & quotānis fecundat

fœcundat terram, procreat fruges, ijsq; atq; animantibus omnibus tam brutis q; hominibus uires ac uitam impertit, ut scriptum est Act. 17. In ipso uiuimus mouemur & sumus. Est hoc q; obseruandū perdiligēter, q; Deus adſit creaturis suis, & conſeruet ac ſuſtentet earum ſubſtātiā atq; ordinem: non tamen coaſtē ſed liberē, ut agens liber rimum: impediēſ ſæpe terræ fœcunditatē, permittens etiam ut mors homines tollat propter peccatorum magnitudinem, & cōtra fœcundat ſæpe etiam terram, dat ſanitatem, conſirmat naturam, largiturq; ſuccelſus & omnis generis bona & cōmoda magna ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ, quæ ipſum inuocat, ſicuti inquit. Deut. 30. Deus eſt uita tua & lōgitudo dierum tuorum. Hæc in precatione meditanda & cogitanda ſunt, ut statuamus nos, & uitam noſtrā ac creaturas eſſe in manu Dei, eūq; & poſſe & uelle nobis ad eſſe, nos ab ipſo liberari & ſeruari, aliquando etiam ſupra uulgaria media aut illos uifitatos & naturales modos & captum rationis noſtræ.

¶ DE LAPS V PRIMO-  
rum Parentum.

Hoc certissimum eſt & utraq; manu, in modo uerius toto pectore tenendum, Deum non eſſe causam peccati, cūmque omnes

creaturas bonas cōdidisse , ut clare testatur  
cap. i. Genes. Estq; uerissimum hominem  
ad hoc conditum, ut sit templum Dei, aut  
ut Deus in eo habitet, cui Deus suam sapi-  
entiam & bonitatem impartiuit. Ideoq; i-  
psum ita principio condidit, ut esset prædi-  
tus summis bonis & uirtutibus , quæ in  
Deo sunt, uidelicet sapientia, iustitia, & libe-  
ro arbitrio, & q; pura Dei imago fuerit. At-  
que hæc quidem bona primi parentes Adā  
& Eua ad posteritatē suam hæreditate trāf-  
misissent, si in obedientia perstisissent: De-  
usq; in eis habitasset & eis delectatus fuis-  
set: sed Adam & Eua diaboli instigatione  
& propria uoluntate auerterunt se à Deo e-  
iusq; mandatum transgressi & inobedien-  
tes facti in Dei iram, peccatum & mortem  
inciderunt, suntq; à prædone uulnerati &  
spoliati, quæ ad modum Lucæ 10. uidemus.  
Sunt spoliati gratia, ut non potuerint am-  
plius placere Deo. Atq; etiā amiserunt sum-  
ma illa dona , pulcherrimam illam lucē in  
mente, & obedientiam in corde, adeoq; ui-  
tam ipsam. Sunt tam letaliter etiam uulne-  
rati, ut intellectus seu mens scateat dubita-  
tionibus, & erroneis opinionibus, cor mor-  
tibus inordinatis & uagis , fuga & terrori-  
bus exitialibus & mortiferis, in omnis ge-  
neris aduersis, Atq; ita homines in corpora  
li & æterna morte mansissent, si filius Dei  
non

non intercessisset, & Mediator factus fuisset. Estq; necesse, ut probè inculcetur id qd est uerissimum & firma fide tenendum, Deum non esse causam peccati: eum non uelle peccatum: non operari peccata, non adiuuare peccata, sed irasci eum peccatis seriò & horribiliter, sed uoluntatem hominum & Diabolorum esse causam peccatorum.

**¶ QVID EST PECCATVM**

Originale & actuale?

In Epistola I. cap. 3. Iohan. extat breue dictum quod clarè & luculenter satis docet & definit quid sit peccatum si rectè & dextrè intelligatur. Peccatum (inquit) est anomia, id est, quicquid est contra legem Dei. Hoc dictum diligenter obseruandum est, ac uidendum, ut rectè intelligatur, uidelicet nō tantum de externis actionibus, sed etiam de caligine, aut cęcitate aut ignorātiā, & dubitationibus & ataxia & uagis atq; inordinatis motibus uitiosisq; affectibus in omnibus uiribus Diabolorū & hominum. Estq; hoc sciendum personam peccatricem propter peccata esse ream iræ Diuinæ & æternarum pœnarum. Originale peccatum est esse reum iræ diuinæ propter transgressiōnem primorum parentum Adę & Eux, aut propter caliginem aut ignorātiā de Deo, & interiores defectus, prauitatem, ataxian nobiscum natam, & uiciosos affectus & mo-

38 De peccato orig. & Act.

rus, qui per & propter lapsum primorū parentum in nobis existunt & hærent. Et hoc peccatum originale est in omnibus hominibus ē uirili semine natis, atque ideo omnes sunt rei iræ diuinæ, & æternæ damnationis, qui non per Christum Dominum remissionem peccatorum consequuntur & renascuntur. Nam ut natura Adæ & Euæ post lapsum est corrupta & depravata, ita & posteri eorū, id est, omnes homines qui naturali & usitato modo ex uirili semine nascuntur, sunt corrupti & depravati, nec sunt templum Dei, non habitat in illis Deus, sed sunt pleni dubitatione de Deo, & pleni malis affectibus. Et hæc caligo atq; ataxia & motus inordinati pugnant cum Deo: suntq; peccata, ut Paulus enucleatè testatur Ro. 8. ubi ait: Phronema, id est, sensus & affectus & studium carnis est inimicitia aduersus Deum. Si itaq; homo non consequitur remissionem peccatorū per Christum, manet propter peccatum reus æternæ iræ, pœnarum & damnationis.

Actualia peccata sunt omnia opera contra Dei præcepta tam interna in anima & corde, q; externa in omnib. membris: & is q; talia peccata cōmittit, propter ea pētā est reus iræ diuinæ & dāmnationis: si non ad Deū conuertitur & remissiōne consequitur per Dñm Iesum Christū. Ac diligenter admonēdus

dus & informādus hic est populus, q̄ pœna  
pctōrū præcipua, & iusta sit horrēda & eterna  
anxietas, terrores atq̄ pauores, qbus cōflictā  
buntur diaboli & dānati hoīes, ut iustā & se  
uerā iram Dei sentiāt. Sunt & in hac corpo  
rali uita pœnæ, uidelicet Mors & oīs gene  
ris corporales plague. Hæ pœnæ oēs sunt ini  
tiū eternarū pœnarū in ijsq nō cōuertūtur.

Sunt aut̄ ob has q̄q̄ tres causas hæ pœnæ  
hoībus impositæ: Primū ut oēs ijs pœnis ad  
moneamur & doceamur esse discriminem in  
ter honesta & inhonesta, aut inter uirtutes  
& uitia, inter opera bona & scelerata: &  
Deum esse uerè essentiā iustā, bonā, benefi  
cam, ueracē, puram, castā, sapientem, & eum  
seriō irasci oībus, q̄ huic ipsius sapiētię ad  
uersantur, & ei nō cōgruunt. Ut itaq̄ hoc di  
scrimē, & iustā Dei irā, & hoc iudiciū agnos  
camus & discamus: Ideo Deus corporales  
pœnas hoībus nō oīno leues imposuit. Se  
cūdò Deus uult per has corporales pœnas  
seu plagas cōseruare externā disciplinā, &  
pacē, ac eo mō blasphemos, periuros, homi  
cidas, raptore, adulteros & calijs incestislibi  
dinib. pollutos ē medio tolli & deleri. Atq̄  
ipse Deus suę huius regulę custos est, & uult  
ut externa & atrocia maleficia ac scelera e  
tiā in hac uita corporales pœnæ comitētur,  
iuxta illud, Qui gladiū accipit gladio peri  
bit. Itē de incestu Lēui. 18. Ne polluēmini ia

40 De peccato Orig. & Act.

oibus his quibus contaminatae sunt gentes quas ego eiiciā ante conspectū uestrum & q̄bus polluta est terra, cuius ego scelera uitabo, ut euomat habitatores suos. Cauete ergo, ne & uos similiter euomat, cūm paria feceritis, sicut euomuit gentem quæ fuit ante uos. Deus externam disciplinam uult cōseruari, atq; ideo legem dedit. At Lex sine executione esset tantum infirma uox, aut inanis tinnitus, Ob id Deus ipse custos est suæ legis, eamq; poenis grauissimis & horrendis contra contumaces tuetur: id quod regnorum magnorum in mundo euerfiones satis testantur.

Tertia causa corporalium pœnarum hęc est, ut multi ijs pœnis admoniti ad Deum configiant, ac suspirent, & conuertantur, Item ut sancti subinde magis & magis Dei iram cōtra peccatum considerent, utq; Dei timor, Fides & inuocatio in ipsis crescāt & accendantur, ueluti Paulus inquit I. Cor. II. Cū iudicamur à Dño corripimus, ne cū hoc mūdo dānemur. Et cū in hac deprauata natura multū dubitationum atq; inordinatorum motuum & flamarum sit, cumq; ex sanctis aliqui in externa atrocia peccata labantur, ut Aaron, Dauid, & alij grauiter lapsi sunt, ideo Deus onerat omnes homines atq; etiam sanctos corporalibus plagis & calamitatibus in hac uita, ut cognoscant se esse reos,

se reos, & Deum irasci peccatis, & ut de his  
& de iudicio Dei aduersus peccata admoni-  
neantur, utq; ad pœnitentiā retrahantur ut  
maximè pœna æterna sublata sit. De qua re  
copiosius dicetur in quæstione, Cur Eccle-  
sia aut sancti cruci sint subiecti.

**D E Æ T E R N A D E I L E G E E T**  
de discrimine inter Decalogum aut Legē  
moralem, & alias leges Mosi, uidelicet  
ceremoniales & iudiciales.

Vetus illa & usitata legum Mosi in tres  
partes diuisio de multis magnis rebus po-  
pulum docendi ac commonefacienti occa-  
sionem non incommodam præbet. Diuidū-  
tur autem in has tres partes. Quædam enim  
uocatur Lex moralis, ea est æterna Dei Lex  
aut iudicium cōtra peccatum in omnibus  
hominibus, ut paulò pōst explicabitur fusi-  
us. Quædam uocantur ceremoniales, uide  
licet eæ, quibus præceptum est de cæremo-  
nijs seu ritibus ac gestibus exteris in tem-  
plo, de sacrificijs, de discrimine ciborum &  
alijs. Quædam uocantur Iudiciales, hoc est,  
civiles, de hæreditatibus, de distinctione fa-  
cultatū, ordine iudiciorum, pœnis, pace pu-  
blica atq; alijs legibus, quibus politiæ, dis-  
iplina & pax conseruantur. Sed hæ duæ, ce-  
remoniales & forenses seu iudiciales leges,  
traditæ tantum sunt ad constitutionem po-  
litiaæ Israeliticæ, Ac solus populus Iudaicus

ad eam politiæ formam erat obligatus. Cū autem deleta sit ea politia Mosaica post ultimam Hierosolymorum euersionem, ideo & leges ex una cum euersione ea extinctæ sunt: nec nos obligant, ut clarè testatur acta cap. 15. & epist. ad Gal. 5. Doctiores plura de his sciāt. Sed lex, quę appellatione non satis rē ipsam exprimente, aut nō satis plena, uocatur *Moralis*, nō est lex mutabilis aut tēporaria, nec cœpit cū Mose, sed est eterna & immota atq; immutabilis sapientia in Deo, & eterna regula iustitiae in uoluntate diuina, quā p̄e ineffabili bonitate sua creaturis rationalibus impressit. Et postea oībus tēporibus in sua ecclesia inde usq; ab Adam, uocē huius legis explicauit et repetiuit in multis cōcionibus, ut sciremus, qualis ipse esset uidelicet sapiēs, bonus, uerax, iustus, castus, & q̄ uelit creaturam rationalē sibi esse conformem. Ideo hanc summā sapientiam ipsi cōmunicauit, Ea obligat oēs creatureas rationales. Ideo etiā Deus uerē & horribiliter offenditur peccatis, & irascitur oībus, q̄ huic suae sapientiae & iusticie repugnāt, eosq; destruit. Hęc lex uisitata appellatiōe, nuncupatur decalogus seu deceim præcepta. Nam in decalogo huius legis præcipua capita ordine cōprehensa sunt. Ea autē intelligi debet iuxta enarrationes Christi & Apostolorū, si cuti Deus ipse ea est interpretatus. Etsi autē nulla

nulla creatura hanc sapientiam exhaurire aut penitus intelligere potest, tamen in morem pueroru*m* discēdus est nobis decalogus, subindeque nobis inculcadus & diligēter cōsiderandus. Sciendū & hoc, legem hanc cōrationales creaturas obligare, id est, quod Deus ipse obliget eas. Suntque hæc præcepta seuerū iudicium Dei, damnas omnes creaturas peccato obnoxias, & testimonium, quod Deus uerè irascatur peccatis. Sentiunt aut̄ hoc Dei iudicium oēshomines cūm cōscientiæ terroribus & angoribus conflictātur, quod tanti sunt ut in corporalem & æternam morte coniijcant, nisi consolatione per agnitionē Domini nostri Iesu Christi ex Euangeliō erecti & seruati fuerint. In ijs terroribus & cōsternationibus discitur quod hæc lex sit. Extra has tentationes & terrores nō potest ex primi uerbis quid & quale sit id iudicium. Atque idē hæc æterna lex Dei & iudiciū aduersus pētā in ecclesia Dei inde ab Adæ téporib. prædicata & inculcata est, & Christus ipse eā sēpe repetiuit: & Paulus inquit per legē esse agnitionē pēti. R.o.3. Estque certissimū, hæc Dei uoluntatē & mādatū hoc immutabile esse, ut hęc eterna ipsius lex in ecclesia sua prædicetur, maximē ob duashas causas, primū, ut ex ea discamus & sciamus qualis debeat esse obediētia, ad quā prestādā Deo obligati sumus, & ut eo mō nostrā immūndis

ciē, corruptionē & prauitatem naturalē ac  
fordes peccatorum agnoscamus, & terrore  
iudicij diuini seriō expauescamus. Deinde  
ut conuersi & renati habeant uerbum Dei,  
unde certō scire & statuere queant, quā o-  
pera sint ueri Dei cultus.

¶ DE DISCRIMINE LEGIS  
& Euangelij.

Hoc discrimen est unum ex p̄cipuis  
capitibus doctrinæ Christianæ, si id discri-  
men obscuratur (ut in Papatu obscuratum  
atq; extinctum fuit:) tunc necesse est horri-  
bilem cæcitatē sequi. Fingunt enim homi-  
nes se iustos esse coram Deo proprijs ope-  
ribus: sc̄p̄ mereri posse remissionem pecca-  
torum suis operibus, &c. Cumq; omnes ho-  
mines peccatis se obnoxios sentiant, manet  
in dubitatione, nec possunt Deum inuoca-  
re, ac tandem ruunt in desperationem & e-  
ternum exitium, nec sciunt cur Dei filius  
sit missus. Ea cæcitate oppressi & obruti e-  
rant Pharisæi apud Iudeos, qui ueram Mes-  
siæ sui cognitionem amiserat, sed Deus sub  
inde alios atq; alios Prophetas excitatos mi-  
fit, qui uerum discrimen Legis & promissi-  
onis docuerunt: ut & Christus ipse & Apo-  
stoli postea ea docuerunt. Lex est hæc æter-  
na Dei sapientia, ut iam diximus, quam &  
rationalibus creaturis impresit in creatio-  
ne, & quam postea per ministerium uer-  
bi

bi in Ecclesia semper conseruauit. Hęc Lex docet & testatur Deum recte cognosci oportere, eiç debere obedientiam, eamq; in omnibus nostris uiribus esse debere. Atque ita post lapsum est horribile iudicium, condēnans omnes homines. Neq; enim ullus homo præter filium Dei totam aut perfectam illam obedientiam præsttit aut præstare potest. Nec dat aut affert Lex peccatorum remissionem, sed arguit tantum peccata, & testatur Deum uerè irasci peccatis. Annexæ quidem sunt & Legi promissiones, sed requirit Lex perfectam obedientiam, nec nisi præstantibus eam obedientiam obtinunt quæ Lex promittit. Non promittit remissionem peccatorum gratis, sine nostro merito, non dicit Deum citra nostra merita condonare & auferre peccatum.

Euangelium uero est propriè concio illa lætitiam & pacem ueram cordibus afferens, de gratia & misericordia in Christo Iesu filio Dei, promissa, qui mirando diuinæ Maiestatis consilio constitutus est ut sit Mediator & Redemptor noster, aut iusticia nostra, quæ nos coram Deo iustificet & saluer, ut per ipsum & propter ipsum ueram coram Deo iusticiam, peccatorum remissionem, salutem & uitam æternam obtineamus.

Hęc concio primum arguit omnia peccata, & maximè hoc longè grauiissimū pec-

## 46 De discri. Leg. &amp; Euang.

catum in toto genere humano, quod etiam post datam promissionem, mundus filium Dei non agnoscit. Ideo Dominus ipse inquit Ioh. 16. Spiritus arguet modum de peccato, q̄ non credūt in me, Et Psal. 2. ait: oscu lamini filium. Sed præterq; incredulitatē hanc & alia peccata arguit, etiā annunciat Euāgelij concio eternā hanc & plenam gratia consolationē, q; Deus certò propter filiū suum Iesum Christum donare ex gratia, circa nostrū meritū, gratis remissionē peccatorū & propter filiū suū iusticiā imputare & nos propter fidem in filiū Iesum Christū Dominū nostrū acceptare uelit, q; tunc hāc consolationē in cordib; nostris dicit, & in nobis est, & nobis spūm suū S. donat, nosq; hæredes æternæ salutis facit: Hoc aut̄ nō sit aliter q; per fidem, hoc est, si in ueris paucibus ac doloribus propter p̄ctā ad iram Dei contremiscens & perterritus, Euāgeliō credis q; tibi ipsi propter Dñm Iesum Christum certò peccata sint remissa, & q; Deus tibi sit propitius teq; acceptet propter Christū, nō propter legē aut merita operum tuorū. Necest Euangeliū concio noua quæ ante Christum ex uirgine Maria natum, non fuerit, sed ea promissio de Christo salvatore qui peccatum & morte ablaturus & aboliiturus, & gratiam ac uitam eternam allatus & daturus esset, statim post Adæ & Eugen transgressio-

transgressionem est promulgata, atq; ita illo ipso tempore predicatio Euāgelij cœpit. Et ipse Dei filius p̄co aut predicator ille fuit, q̄ primus cum peccatum Adę & Euę longe maximum arguisset, statim eodem tempore promissionem illam gratuitę reconciliatiōnis & remissiōis peccatorum enarravit & annunciauit, quā antē nulla creatura cognoverat, quod semē mulieris esset contritum caput serpētis. Hanc consolationē filius Dei unā cum externo uerbo ipsis proposuit, & in cordib. ipsorū dixit eam ipse, atq; ita Adamū & Euā ē morte æternā liberatos uiuificauit (ut cap. i. Ioan. testatur, ubi inquit. In ipso uita erat) & spiritu suo sancto eos erexit, ut in Deo læti acquieuerint, inq; Deo gauisi sint, & in eum fiduciam reposuerint, cūq; inuocare ausi sint, ipsiusq; gratiā ac præsentiam agnouerint. Et hac fide in semen ueterum, quod illo tempore per uerbum agnouerunt, semper se exererunt & confirmarūt, statuētes Deū propter eum Dñm sibi esse propiciū, cumq; inuocauerūt & coiuerunt, ac uitā æternā se accepturos sperauerūt. Hac promissionē filius Dei inde ab initio ecclesiam uisibilē cōseruauit, in qua semper electi aliquot fuerunt, nec est ullus cōetus in terris, qui sit uera Dei ecclesia, q̄ hic cōetus, in quo uera doctrina de filio Dei sonat. Suntq; hic admonēndi iij qui mi-

## 48 De discr. Leg. &amp; Euang.

nisterio præficiendi sunt, atq; alij ut firmiter statuant ac credant doctrinam aut pre-dicationem seu meditationem Euangelij non esse sonum aut tinnitus inanem, aut euangelicem cogitationem, aut euangelium strepitum, sed ipsum filium Dei unā cum uerbo efficacem esse & operari, ut testatur Apostolus Roman. 1. Euangelium est potē-tia Dei ad salutem omni credenti. 2. Corin. 3. Euangelium est ministerium spiritus, id est, per quod Spiritus sanctus datur & ope-ratur. Galat. 3. Ut promissionē spiritus per fidem accipiamus. 1. Petri 1. Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanentis in eter-nūm. Esa. 45. In memetipso iuraui, egredie-tur de ore meo iusticię uerbum & non re-uertetur (id est, non erit inane & irritum) quia mihi curuabitur omne genu & iura-bit omnis lingua. Ergo in Domino dicet, meq; sunt iusticię & imperium (id est, uerē in Domino iusticiam & uirtutem habeo) & ad eum ueniēt tales. Qui uero repugnat ei, confundentur omnes. In Domino uerò iustificabitur omne semen Israel & ipsum laudabit. Hęc & similia testimonia diligen-ter & sepe meditanda sunt, ac firmiter sta-tuendum, Deum per uerbum Euangelij efficacem esse.

¶ DE

¶ DE REMISSIONE PECCATORUM & IUSTIFICATIONE HOMINIS COMRAM DEO PROPTER CHRISTUM PER FIDEM.

¶ QVOMODO CONSEQUITUR HOMO REMISSIONEM PECCATORUM?

Respondeo, per solā fidem in filium Dei Iesum Christū, ex gratia, aut gratis, non propter propria opera aut merita nostra, sed propter & per mediatorē Iesum Christum, qui pro nobis factus est uictima, quiq; nos Deo reconciliauit, accipimus certō remissiōnem peccatorum. Atq; ipse filius Dei hanc cōsolationem dicit in cordibus nostris per Euangelium si credimus, nos sic eripiens à terroribus ac doloribus inferni, dansq; sp̄ ritum sanctum ut cor in Deo lætetur & acquiescat. Et imputatur nobis Christi iustitia sic ut nos acceptet ob id quod filius sua obedientia & Passione pro nobis satisfecit, nosq; reconciliauit, propter quem iusti & hæredes sumus salutis æternæ, si in illum credimus. Hic præcipuus doctrinæ Christi anæ Articulus in multis scripturis, luculent & clarè est expressus. Iohan. 3. inquit filius Dei. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut qui credit in eum non pereat sed habeat uitam æternam.

D.

50 De remiss. pecc. & Iust. ho.

Act. io. Huic oēs Prophetæ testimonium frūt, q̄ remissionē peccatorum accepturus sit per nomen eius quisquis credit in eum. Rom. 3. Iustificātur gratis per illius gratiā, per Redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem, Ἰησοῦς, per fidem, interueniente ipsius sanguine, &c.

Hæc & alia aliquot his similia dicta scripturæ præcipua omnibus pījs ediscenda sunt, ut probè teneant hunc fidei eximium & summi momenti articulum, quomodo homo remissionem peccatorum accipiat, quomodo Deo acceptus sit, quomodo hæreditatem æternæ salutis fortiri, quomodo à peccatis, morte & inferno liberari, & quomodo æternam uitam æternamq; iusticiā recuperare & ueram consolationem habere queat. Hæc enim est consolatio illa de gratuita & immensa illa Dei erga nos gratia, quæ in prima illa promissione & in Eu angelio præcipue patefacta est. Suntq; diligenter hīc & probè commonefaciendi auditores, hanc consolationem aut promissionem gratiæ non loqui de securis, profligatæ impietatis & improbitatis hominibus, qui contra conscientiam & contumaciter peccare pergunt, sed de ijs, quorū corda obiram Dei cōtra peccatū uerè expauescunt, hi ad Christū confugiant & in hiis dolorib.

& ter-

## De remiss. pecc. & Iust. ho.

51

& terroribus credant ac confidant nec dubitent sibi propter Christum ex gratia sine meritis suis p̄ctā condonari. Hęc fides Christū, Deum & hoīem, qui pro nobis uictima & redemptor factus est, intueri debet.

Si itaq; uocem Euangelij audis, & fide in Christum te erigis & confirmas, hanc consolationem dicit ipse in corde tuo, Deum tibi esse propicium, sicuti s̄epe in Euangeliō ait, Remissa sunt tibi peccata tua, & habitat in te, nec patitur inferni terroribus te absorberi aut in ēternum exitium ruerre, datque tibi spiritum sanctum ut acquiescas & læteris in Deo, Eoq; modo cor tuum sentit & agnoscit Dei presentiam & gratiam per filium, qui per uocem Euangelij, Dei gratiam tuo cordi ostendit, perq; spiritum sanctum operatur, ut læteris in Deo, & inuocationem & obedientiam erga Deum in te accedit & ad eam te excitat & impellit. Id docent hęc dicta primæ Iohannie 5. Qui filium habet, habet uitam, Tum autē habes filium Dei, si in eum credis, & ex Euangeliō consolationem accipis. Item i. Iohann. 5. In hoc scimus quōd in eo manemus & ille in nobis, quoniam de spiritu suo dat nobis. Gal. 3. Ut promissionem spiritus accipiamus per fidem. Estq; probè notanda Athanasij regula, ubi ait. Vbicunq; dicitur in aliq; esse spiritus sanctus, est ibi per uerbum.

D 2

52 De remis pec. & iusti. hom.

Loquitur autem hic de filio Dei qui in cor de lucem accedit. Ita Dei cognitio, dilectio, & laetitia in Deo per filium & spiritum sanctum in nobis excitatur ; & hoc sit, ubi in ueris terroribus fide promissio Euangeli⁹ apprehēditur. Sic in nobis regeneratio sit, sicut⁹ cor redditur tēplum aut κατοικητὴν  
οὐ aut habitatio Dei, sicuti Ioā. 14. Christus testatur, qui diligit me, sermonē meum seruabit, & Pater meus diligit eū. Et ad illum ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Ephe. 1. Eum dedit caput ipsi Ecclesiæ quæ corpus eius est, complementum eius, qui omnia in omnibus adimpleat. Ephe. 3. Ut fortitudine corroboremur per spiritū in internum hominem ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris. 2. Corin thiorum 3. Retecta facie gloriam Domini speculantes ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam tanquam à Domini spiritu.

Hic tres personæ diuinitatis ordine ponuntur. Pater æternus quem uocat Dominum. Imago & gloria aut claritas eius est filius, qui in cognitionem Dei nos ducit, et am⁹ nobis donat : & spiritus sanctus, qui corda nostra confirmat, ut in ea cognitione maneant nec inde excidant, sed subinde magis & magis Verbo conformiores fiant, quod uerbum eterno Patri conforme & simi

simile est, eumq; nobis manifestat & ostendit. Hoc p;ij in uera conuersione semper di-  
scant ac teneant, indeq; firmam consolatio-  
nem hauriant.

**¶ VERANE EST HÆC PROPO-  
SITIO: Sola fide iustificamur?**

Respondeo.

Hæc propositio, Sola fide iustificamur, est  
eadē illa, qua utitur Apostolus ubi ait, Gra-  
tis iustificamur fide, id est, non propter pro-  
priam dignitatē seu uirtutes aut opera aut  
merita propria accipimus remissionē pec-  
catorū & placemus Deo sed propter Chri-  
stum Dominum nostrum per fidem. Est i-  
taq; uerissima hæc propositio & sæpe ab A-  
postolo Paulo per uocem gratis repetita.

**CONTRA.**

In uera conuersione multæ uirtutes co-  
currunt, quomodo igitur dici potest, Sola fi-  
de nos iustificari? certè contritio, bonum  
propositum, dilectio, & spes aliæq; uirtutes  
ad finit unā oportet? Respondeo. Quanq;  
multæ uirtutes in conuersione concurrūt,  
& eas adesse necesse est, non tamen sunt me-  
ritæ aut causæ ob quas remissionem pecca-  
torum homo accipit, & coram Deo iustus,  
id est, Deo acceptus est, sed propter Christū  
tantum accipimus remissionem peccato-  
rum, sumusq; propter illum iusti, id est,  
Deo accepti, nec hoc aliter nisi fide appre-

54      **Sola fide iustifi.**

hendente promissionem , percipi teneri  
potest, ut ait diuus Paulus: Ideo ex fide gra-  
tis ut sit firma promissio.

**CONTR A.**

Diaboli credunt & tamen non sunt iu-  
sti , quomodo igitur soli fidei iustificatio  
hominis adscribi potest? qua ratiōe dici po-  
test sola fide hominem iustificari?

**Respondeo.**

Diaboli historiam tantūm credunt:  
quod autem Christus ipsorum salutis cau-  
sa missus sit, utq̄ eo seruatore fruantur, id  
minimē credunt : quin etiam sciunt se ab  
ipso ad horrendos atq̄ sempiternos crucia-  
tus & supplicia damnari . Quamobrem &  
immani Dei ac Christi flagrant odio . Nos  
uerò statuere firma fide debemus, Christū  
Dominum in nostram utilitatem aut no-  
stra causa missum,& uictimam pro nobis  
factum,iusticiamq̄ & expiationem nostri  
esse , quemadmodum habet Symbolum,  
Qui propter nos homines & propter no-  
stram salutem descendit de cœlo . Et in E-  
saia scriptum extat , Filius datus est no-  
bis. Atque hæc simplex admonitio, de di-  
scrimine inter fidem quæ in diabolis est, &  
ueram fidem , diligent explicatione illu-  
stranda est.

**CONTRA.**

Fieri

Fieri non potest, ut quisquam iustus existat Sola iusticia . Atqui fides notitia tantum est, Sola igitur fide iustificari nemo potest.

Respondeo.

Fides, qua homo peccatorum ueniam consequitur, & iustus est, non est tantum notitia, qualis etiam historiæ cognitio in diabolis & hominibus impijs existit. Sed uera hæc fides est, omnes Symboli partes & nosse & ueras esse non dubitare, in ijsque promissionem beneficiorum Christi , ad quam tanquam finem & scopum Symboli articuli referuntur. Atque ita fides est uera fiducia pendens ex filio Dei Iesu Christo, intercessore & reconciliatore , quod propter & per eum remissionem peccatorum, gratiam & salutem adipiscamur. Hæc fiducia à Sathanè fide tantum differt, quantum cœlum ab inferno & uita à morte distat.

Suntq; homines docendi ut eam partem Symboli diligenter obseruent, quæ his uerbis continetur. Credo remissionem peccatorum : quod non intelliger. um est e modo sicut diaboli credunt, alijs, Petro & Davidi, peccata condonari , sed hæc horum uerborum sententia est , Credo Remissionem peccatorum ita , ut mihi mea peccata remissa esse statuam proptes

Christum absq; meo merito. Hæc fides præterquam quod complectitur omnes articulos, est & fiducia quæ innixa filio Dei ad Deum confugit, Quemadmodum Roman. 5. scriptum est: Iustificati igitur fide pacem habemus apud Deum. Item, Ephe. 3. Per Christum habemus audaciam & accessum cum fiducia quæ est ex fide in ipsum. Estq; hoc discrimen satis planum & facile intellectu. Diaboli non credunt fibi peccata remitti. Nos uero indubitanter statuere debemus, peccata nostra nobis certissimè condonari, Deumq; nos gratis propter Mediatorem recipere in gratiam. Propterea noticia historiæ quæ in diabolis existit terrorem illis seu metum incutit, utq; Deum immanni & acerbissimo quodam odio auersentur a fugiant, Fides uero & fiducia in filium Dei, assert consolationem & lætitiam in Deo, ut ad Deum confugiamus eum inuocantes.

## CONTRA.

**FIDE**, inquis, iustificamur. Fides autem opus est, Igitur sequitur nos operibus iustos esse.

Respondeo.

Huius obiectionis explicatio ualde est necessaria. Hæc oratio cùm dicitur, Fide iustificamur, in hanc sententiam accipienda est, quod propter Mediatorem peccata nobis condonentur, & quod gratuito à Deo recepti

recepimus iusticia Domini Iesu Christi circumuestiti, ita ut nobis iusticia ascribatur, propter iustis habeamur propter ipsum quod etiam nobis simul spiritum suum dat, ut testatur diuus Iohan. Ac si sunt haec sola fide, quantum instrumento cor promissionem apprehendit Christum quod intuetur & complectitur. Neque existimandum aut sic id intelligendum est, fidem Iustos efficere propterea, quod eximia quedam & summa uirtus sit, sed correlatiuè haec propositio intelligenda est, per filium Dei Iesum Christum habemus remissionem peccatorum & gratiam, quam fide accipimus & apprehendimus.

## CONTRA.

**IUSTICIA** est legis obediētia uel congruentia & cōformitas cum Deo, ad quam cum non sola fides sed omnes uirtutes etiam requirantur, cur igitur Sola fide?

Respon. Quæ hactenus argumenta reconsuimus, admonent nos, quomodo haec appellatiōes, fides & iustificari, intelligēd̄ finit, nemp̄ quod fides in his propositionibus sit omnium capitum symboli, & in ijs etiam promissionis gratiē firma cum assēfione notitia, atque adeo certa fiducia in filium Dei Iesum Christum Deum & hominem. Iustum esse & habere remissionem pecca-

torum , & placere Deo per fidem , propter Christum propiciatorem , qui nos tegit iusticia sua , id est , obedientia sua , ne iusta ira Dei in nos effundatur , cùm misera natura nostra obnoxia sit peccato : alteraque illa iustitia , quæ in legis obedientia uersatur , destituta sit , de qua Psal. ait : Coram te non iustificabitur omnis uiuens . Et Iob. 9. Verè scio nullum hominem coram Deo iustum esse . Ac discuntur hæc maximè tum in uera conversione , tum magis ac magis in omni invocatiōe . Per terrefactus enim animus sensu iræ Dei aduersus peccata , non potest acquiescentem in Deo læticiam concipere , nisi fiducia mediatoris Iesu Christi , qui Deus est & homo , si illum Mediatorē credis delicta tua regere , iustitiamq; suam tibi imputare uelle , ut Deo placeas . Hoc modo , neq; aliter in hac uita cordi aditus ad Deum patet , nisi primum certum sit de remissione peccatorum . Primo . n. laborat de peccatorum remissione , Ideo Paulus Rom. 5. ait , Per hūc habemus accessum per fidem in gratiam hanc . Præterea certissimum est , in hac consolatione Christum Dominum per fidem in corde tuo uitam efficere , & in te habitare , neq; pati te immergi in desperationē & inferos : spiritum etiam sanctum tibi impetrari , ut fruaris lætitia in Deo , ac sensu animi tui presentiam & gratiam Dei agnosce .

scas per filium , qui uoce Euangeliū clemen-  
tiam Dei cordi tuo patescit atque demon-  
strat, & per spiritum sanctum latitiae ex sen-  
su benignitatis Dei profecta te recreet, ac  
ad inuocationem & obedientiam erga De-  
um te excitet, adigat, & impellat. Quāquam  
autem in hunc modum fit regeneratio, ta-  
mē perpetuō prælucere hæc fides debet, q.  
remissionem peccatorum accipias , ac iu-  
stus, id est, Deo acceptus sis propter Chri-  
stū, qui mediatoris munere perpetuo fun-  
gitur: & conscius est arcani diuinæ Maiesta-  
tis consilij, interceditq; pro nobis, nostrosq;  
gemitus refert ad æternum Patrem , uti Io-  
han. 14. dixit . Nemo uenit ad Patrem nisi  
per me . Actametsi nonnulli aliter uocem  
iusticiae interpretari atq; definire conatur:  
tamen hoc apertum atq; testatum est: quod  
semper ac perpetuo remissionem peccato-  
rum per fidem accipere primò nos oportet  
at, Sic enim & animus consolatione susten-  
tatur & persona Deo accepta redditur. Ro-  
ma. 5. Iustificati fide pacem habemus apud  
Deum. Ac in omnium Prophetarum scri-  
ptis & testimonij tantum hæc forma pre-  
candi & ad Deum accedēdi expressa est, Do-  
mine miserere mei secundū magnam mis-  
ericordiā tuam, Estq; ita facta mētio media-  
toris, ut in Daniele, Non propter iusticiam  
nostrā exaudi nos Domine, sed per miseri-

cordiam tuam magnam propter Dominū. Ad eum modum etiā nos precationem nostrā formare debemus: nitaturq; fides mediatore Iesu Christo eiusq; merito & expiatione, Ac confidat cor te à Deo ob promissam misericordiam, in gratiam certò recipi, neq; dubitatione fluctuet. Ex his itaque perspicuum est consolationem in Christo eiusq; meritis non in innocētia nostra, aut inhārente nobis aut essentiali iusticia positam esse.

**¶ QVID** interest inter ueram doctrinam Ecclesiarum nostrarum de hoc dogmate, & falsam opinionē Pōtificiorum? Respondeo.

Tribus rebus notari discrimen potest.

Primò. Pontificij fingunt similiter atq; Pharisei, Ethnici & Turcæ, hominem iustum esse si uitā ex uirtute degat, hoc est, si uitam ab omni uiciorum ac criminum macula integrum seruet. Imò alium errorem assuunt Papistæ, dum affirmant eiusmodi uirtutum actiones quæ illi bona opera uocant, promereri admissorum peccatorum ueniam. Itemq; mereri se remissionem peccatorum obseruatione legum suarum, ordinis Monasterij, sacrificio Missæ & reliquis generis eiusdem. Perinde ut Pharisei somniabant sua sacrificia mereri remissionem peccatorum.

Dēinde,

Deinde, cùm nemo unquam certus esse possit, quando satis bonorum operum fecerit, sentiunt de remissione peccatorum & gratia Dei perpetuo esse dubitādum. Eiusmodi autem dubitatio, uerè est Ethnica cæcitas. Tertiò fingunt, & falso afferunt hominem in hac uita posse perfectè satisfacere Legi diuinæ. Nec de regeneratione hominis per Euangelium & spiritum sanctū ullum uerbum faciunt.

**CONTRA uerò nostrarum Ecclesiarum uera doctrina**

hæc est.

Primò, quod remissione peccatorum tantum propter Christum Dominum nullo nostro interueniente merito gratis donemur. Ac sine omni dubitatione uera idolatria est, eam fiduciam homines in proprijs factis ponere, ut ijs meritum remissionis peccatorum iustæq[ue] ac magnæ iræ Dei plationem tribuamus.

Docent etiam hæc Ecclesiæ hominem, coram Deo non esse iustum operibus suis, etiam post conversionem factis, sed propter solum Christum, per fidem. Deinde doceatur in Ecclesijs nostris non esse indulgendum dubitationi, sed omnes qui contra conscientiam, peccatis se polluit & in eis manent aut sunt sine fide in Christum, certissimos esse debere quod ip[s]s[us] nō sit propitius

Deus, sed serio irascatur, & nisi resipuerint,  
post hanc uitam æternis poenis afficiuntur,  
& in hac uita plagis corporalibus, mentis  
cæcitate, ignorantia & alijs eius generis ca-  
lamitatibus affligentur. Qui uero sensu i-  
rae Dei afficiuntur & ex animo ad Deum con-  
uerti uitamq; emendare cupiunt, iij semota  
omni dubitatione, planè confidere debet,  
ueniam Deum daturum gratis propter Chri-  
stum. Nec in peccatis contra conscientiam  
perseuerent: Sed timore Dei & fide profice-  
re studeant, ac firma fide conuersi statuant  
se uti propitio & placato Deo, eiq; placere  
propter Christum, licet imbecillitatem su-  
am sentiant,

Tertio docetur in Ecclesijs nostris homi-  
nem in hac uita legi Dei perfectè obtempe-  
rare non posse. Eti enim externos mo-  
res regere, externamq; disciplinam seruare  
uiribus rationis aliquo modo potest, tamē  
uerum timorem, ueram fiduciam, inuoca-  
tionem & ueram dilectionem Dei in cor-  
de excitare, & inchoare sine filio Dei & si-  
ne spiritus sancti operatione nullo modo  
potest. Hæc inchoata obedientia regenera-  
tionem sequitur. Quamuis etiam post re-  
nouationem hæc obedientia inchoetur, ta-  
men multa uitia, magna infirmitas in ho-  
mine remanent: nostraq; etiam optima fa-  
cta à Legis perfecta obedientia longissime  
absunt.

EST NE

**E S T N E V E R A P O N T L  
F I C I O R V M D O C T R I N A , H O -**  
minem perpetuo dubitare debere, an si-  
bi peccata remissa sint, &  
an Deo placeat?

Respondeo.

Papistarum doctrina, quod homines in perpetua dubitatione hærere debeant, ex horribili atque Ethnica cæcitate proficiuntur, eamq; ob rem s̄pē eam taxare necesse est, præsertim cum Pontificij hunc testrum errorem pertinaciter tueantur. Ac in infami & impio suo Concilio, quod Tridenti celebrarunt, hoc dogma fanciuerunt, hominem perpetuo dubitare debere an Deo acceptus sit. Dictum etiam Salomonis in suam opinionem uiolenter torserunt, ubi inquit, Nec sit homo odio an amore dignus fit, quo significat hominem ex rebus huius uitæ secundis uel aduersis non statuere debere se Deo placere uel displicere.

Summa hęc est consolatio, q; David certus est, se non esse abiectum à Deo, etiam si regno pulsus fit. Nec Ieroboam efferre se debet, ac fingere se in gratia apud DEUM esse, propterea quod potentia & Triumphantis ornatus Regnum florentissimum

obtinuerat. Hæc est sententia Salomonis: Vult de uoluntate Dei ex uerbo iudicandum esse non ex successibus, non ex fortunæ uarietate, quæ homini bona malaue accidere potest.

Quamobrem affirmo, & repeto ut paulo antè dictum est, omnes homines qui peccatis contra conscientiam indulgent, uel fide in Christum carent, certissimè statuere debere. Deū sibi serio & grauiter irasci, & nisi conuersi fuerint, eternos cruciatus sibi impeditre. Sic n. ait Iohan. Qui non credit in filiu, non uidebit uitam. Sed ira Dei manet super eum. Item, 1. Corinth. 6. Scortatores, idolatræ, fures, iniusti, adulteri, regnum Dei non hæreditabunt. Econtrariò qui agnitione peccatorum & sensu iræ Dei percussi contremiscunt, conuersi uitam & mores diligenter regunt & ex animo pœnitentiam agunt, non hæreant in dubitatione, sed certissimè credant sibi peccata diuinitus remitti gratis propter Christum, nec in posterrum cupiditatibus frenum laxent, non in peccatis contra conscientiam maneant: sed in timore Dei & fide crescere studeant.

Quod autem non sit dubitandum. Primus ipsum symbolum conuincit & demonstrat ubi dicimus: Credo remissionem peccatorum. Si uero cor tuum obstrepes dicat, dubito an mihi peccata condonentur, patet animus.

animum tuum uerbis Symboli reclamare.  
Deinde promissio & iuramenta Dei sine du-  
bio uera sunt, quibus qui fidem non habet,  
Deum contumelia afficiunt, neq; laudem  
ueritatis ei tribuere uolunt, & laudem ueri-  
tatis ei detrahunt. At perspicuum ac ma-  
nifestum est, Deum pollicitum esse nobis  
remissionem peccatorum per filium, insu-  
per præcepisse ut filio credamus, quemad-  
modum testatur Petrus, Acto. 10. Huic omi-  
nes Prophetæ testimonium perhibent re-  
missionem peccatorum accipere per no-  
men eius quotquot credunt in eum: His  
uerbis promissio expressa & uniuerso hu-  
mano generi oblata est, & disertè etiam ac  
nominatim exigitur à nobis fides. Itemq;  
Roman. 4. Ideo ex fide gratis ut sit firma  
promissio. Hoc loco etiam iusurandum di-  
uinæ Maiestatis considerandum est. Ezech.  
33. Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem  
peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Quā  
cunq; igitur in conuersione uera fiducia  
promissionem nō uult amplecti sed indul-  
get dubitationi, is sumnum à Deo nobis  
expressæ datum Iusurandum contemnit,  
eiq; fidem derogat, ad hæc ignominia affici  
testamentum, quod à Deo ipso factum &  
sanguine Christi ob-signatum est. Hæc om-  
nia expendere utile est, ut aduersus dubita-  
tiones roboremur. Perpetuo gñim in has

uita, etiam in sanctis multum dubitationū, hæfitationum & uacillationum ac pusilla-nimitatis remanet, Nihilominus uero uoce Euangeliū roborati, dubitationem uincamus, consolationemq; & lētitiam in Dco percipiamus. Sic conuersi hanc fiduciam semper retinere debent, quod Deo accepti sint propter Christum, sicut adhuc sint infirmi. Ro. 5. Iustificati igitur fide habemus pacem apud Deum per Iesum Christum, per quem accessum habemus in gratiam hanc in qua stamus . Quare ei qui fide in Christum non est præditus, non patet accessus ad Deum: neq; talibus Deus est propitius. Item Rom. 1. Iustus fide sua uiuet. Ephe. 3. Per eum habemus accessum cum fiducia . Hinc etiam illud apparet, ubi fides ea non est, ibi non esse ueram inuocationē. Cor enim fugiens Deum succumbit dolori, nec sustentatur lætitia in Deo . Hinc est quod Paulus ait Quomodo inuocabunt in quem non credūt? At uero reclamat etiam in sanctis animus, indignitatem suam intuens, Qui possum statuere, me Deo placere, cùm sciam me særissimè deliquisse, & sim plenus uitiosarum cupiditatum, nec dum conspiciam aliquam singularem in me sanctioniam?

Respondeo.

Fiduciam non oportet nisi mundicia & virtutibus

virtutibus nostris, sed Christo Iesu, cuius causa Deus nobis est propitius. Idq; per uocem Euangeliū fide apprehēdere nos oportet. Vt Psal. ait, Expectat anima mea Dominiū, sed spem pono in uerbo eius. Nec omissione uerbo alia signa quærēda sunt.

Hæc omnia diligēter sunt notāda cōtra cōtumeliosum errorem Pontificiorū, & decretū Tridentinū, quod affirmat permanendum esse in dubitatione, Ac poterunt pīj doctrīna instructi hac de re quocunque tempore copiosius latiusq; differere. Sequens etiam commonefactio ad inexercitatos instruendos adhiberi potest.

**T**CVR RETINENDA EST EXclusiuā Gratis, aut hēc propositio, Sola fide iustificamur? Respon.

Eam maximē ob causam, quōd hēc summa & uera illa est consolatio in Euangelio proposita & reuelata, & uoce Gratis sāpe expressa. Prophetæ hanc sententiam per Negatiūam reddiderunt & expresserunt, Psalm. 143. Non iustificabitur coram te omnis uiuens. Ut etiam nostra merita excluduntur, ita necesse est Christi merita & expiationem atque obedientiam irāe diuinæ opponi. Sāpe itaq; repetimus, Ob quatuor causas exclusiuām esse retinendam.

**Z** Prima est, ut Christo tribuatur honor ipsi debitus.

47 De bonis Operibus.

2. Secunda, ut agnoscentes peccata in ueris terroribus, firmam consolationem habeamus, qualem Deus in Euangeliō patefecit.
3. Tertia, ut uera inuocatio ad Deum fieri queat, fiducia Mediatoris Christi non propriæ sanctimoniacæ.
4. Quarta, ut Lex & Euangeliū clarè & ritè discernantur, Lex enim non dicit Gratis.

DE BONIS OPERIBVS.

¶ QVÆ Opera sunt docenda & præstanta? Respondeo. Ea quæ Deus in Decalogo docuit & præcepit. Debet aut̄ Decalogus sic intelligi & explicari, sicuti Christus ipse & Apostoli eum in multis locis explicit.

Et ut consolationem habeamus in magna infirmitate nostra, de auxilio Dei sciri & statui hoc debet, quod Christus, si in uera couersione consolationem accipimus & ipsum inuocamus, certò nobis donet spiritum suum sanctum, ut in nobis uerum Dei timorem, fiduciam, lætitiam in Deo, charitatem, castitatem & alias uirtutes accendat & exciteret.

Sic fiunt bona opera auxilio diuino. Seruantur & piij miraculose per Christum, qui ipsos

## De bonis Operibus. 69

ipsoſ potenter defendit contra Diabolos, tueturq; miserum & puſillum gregem ſu- um in tot periculis, persecutionibus, bellis, motibus & uaſtationibus magnorum re- gnorum, ſicuti inquit, Nemo oues meas à manibus meis rapiet.

¶ QVOMODO placent Deo Opera noſtra, cùm in hac uita nemo fit ſine peccatis, cumq; magna infir- mitate laboremus?

Respondeo.

Opera placent Deo propter aut per fidē in Christum. Idq; clarius explicabis tribus his articulis.

Primò credes quòd Deus te miserū pec- eatorem propter Christum ſine meritis tu is acceptarit per fidem, & quòd persona ſic ſit iusta, id eſt, Deo accepta propter Christū.

Deinde statues, confiteberis & uerè do- lenſ agnoſces & deplorabis, quòd in te ad huic hęrent multæ ſordes peccatorum, ma- gna ignorantia & caligo, inordinati motus ac flammæ, negligentia, ſecuritas, quòd cor tuum non tanto quanto debebat Dei timo- re, fiducia & dilectione ardet. Manere autē in nobis peccata docet Ioā.1. cap.1. Si dixerī mus peccatum non habemus, nos ipſos fal- limus, & ueritas in nobis non eſt.

Tertiò ſcies, hanc tamen eſſe Dei æter- nām & immutabilem uoluntatem, ut ipſi

70 De bonis Operibus.

obedientiam præstemus, & hanc obedientiam in renatis hic inchoari oportere, Id quod & Iuramentum Dei complectitur. Vnde ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur & uiuat.

Manifestum autem est in illorum cordibus non esse ueram poenitentiam aut illos non esse uerè conuersos, qui in peccatis contra conscientiam perseverant. Estq; certissimum hanc esse immotam Dei ueritatem, quod conuersio ad Deum in hac uita ante mortem fieri debeat, iuxta illud. 2. Corinth. 6. Superindui desiderantes, si tamen in duti non nudi reperiemur. Manet etiam horribilis illa sententia contra impenitentes, 1. Corinth. 6. Ne erretis, Neque scortatores neq; idolatræ neq; adulteri, &c. regni Dei hereditatem accipient. Omnino itaq; hoc statuendū & credēdum est, conuersiōnem aut nouā obedientiā esse necessariā, & hāc infirmā & inchoatam obedientiā in cōuersis aut poenitētibus Deo placere propter Christum per fidem, 1. Petri 2. Ipsi quoque ueluti uiui lapides edificemini domus spiritualis, sacerdotium sanctū, ad offerendum spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

Conuersis autem ad Deum, qui subinde in Dei timore & fide crescunt, peccata quæ in ipsis sunt, per fidem obteguntur,

iuxta

## De bonis Operibus. 71

suxta illud Psalmi trigesimiseundi. Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum obiecta sunt peccata.

### MANENT NE PECCA- ta in Sanctis in hac uita?

Respondco.

Manent in Sanctis in hac uita multa peccata, uidelicet, prauus affectus, multi inordinati motus, flammæ aut incendia in corde, securitas, omissiones & ignorantia non affectata, &c. Qui uero contra conscientiam uiolat Dei mandata, is tunc definit esse sanctus, is contristat & pellit Spiritum sanctum, relabiturque in Dei indignationem, ac reus fit æternæ poenæ. Siq; nō conuerteretur, maneret in æterna Dei ira, ut Saul & multa millia hominum è gratia excedunt propria culpa ac uolentes, in quibus Diabolus postea dominatur ad uoluntatem suam illos captiuos ducens, quemadmodum docet parabola, Matthæi duodecimo, de domo scopis purgata, sed uacua, hoc est, de homine Deum non timente, nec peccati occasiones uitante. Talis dominus fit è templo Dei, nidus diaboli, Deusque horribiliter ei ira seitur, ut 2. Pet. 2. clare exprimitur.

De hoc peccatorū discrimine diligenter  
commonet faciēdi sunt homines, ut discant.

& sciant probè quæ peccata in Sanctis aut renatis maneant, & quæ hominem in iram Dei conijciant è gratia excidentes, & Spiritum sanctum repellant. Estq; diligenter notwithstanding, esse ingens & immane discrimen inter peccata contra conscientiam & illos inordinatos motus aut ataxian aut prauitatem nobiscum nascentem. Quamuis autem infirmitas illa nobiscum nata, dubitatio & concupiscentia mala etiam magna sint peccata, discrimen tamen tenendum est inter peccatum regnans & non regnans. De quo necesse est ut in Ecclesia diligenter & sèpe homines edoceantur. Docendi etiā sunt rudiores quod sit discrimen inter peccatum contra conscientiam & peccatum in spiritum sanctum.

## DE BAPTISMO.

**¶ QVÆ** est sententia horum uerborum, Baptizo te in nomine Patris,  
& Filii, & Spiritus sancti?

Respondeo.

Ego, inquit Minister uerbi, baptizo te, & inuoco super te uerum Deum, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & filius eius æternus, & æternus spiritus sanctus, ac testificor te ab hoc uero Deo recipi, & ab eo tibi peccata tua condonari propter filium Iesum Christum, teq; hoc baptismo per illum lauari, ut significet, peccata tuæ sanguine

sanguine ipsius abluta esse, & quod te spiritu sancto ad nouam & eternam iusticiam ac salutem sanctificare uelit.

Hæc omnia in baptismo ex gratia promittuntur. Atq[ue] ita iuxta hanc promissionem hunc uerum Deum agnoscetis, inuocabis, glorificabis, & ab omnibus idolis segregabis. Hæc sententia uerborum Baptismi saepe populo inculcanda & explicanda est ut semper Baptismo suo se consolentur.

¶ SVNT NE INFANTES BAPTIZANDI? Respondeo.

Sunt baptizandi. Certissimum enim est promissionem gratiae, spiritus sancti & salutis etiam ad infantes pertinere, id quod Christus clarè testatur ubi ait, Talium est regnum cœlorum. Item, Non est Patris uoluntas ut unus ex his pereat. Certum est autem & hoc quod id dixerit tantum de ijs infantibus, qui Ecclesiæ sunt incorporati & ad Christum adducti. Extra Ecclesiam enim nō est salus. Inde sequitur infantes esse baptizandos ut sic ad Christum adducantur & Ecclesiæ membra fiant.

Hanc cōsolationem de Baptismo infantum probè teneamus, estq[ue] diligenter populo inculcanda, ut sciant liberos suos baptizatos esse membra ueræ Ecclesiæ, & à Deo in gratiam receptos, & ab eo seruari & defendi, utq[ue] ob id Deo ex animo gratias agat.

Sed uertiginosum ac fanaticum istud genus hominum Anabaptistæ à Satana dementati clamant, infantes nihil intelligere nec credere, atq; ideo eorum Baptismū esse uacuam & inanem ceremoniam.

His Anabaptistarum clamoribus oppones uerba hæc Christi, Sinite pueros uenire ad me, quoniam talium est regnum cœlorum. Est autem certissimum, neminem esse hæredem regni cœlorum, nisi per Christum & Sp. sanctum. Ioan. 3. Et regnum cœlorum in hoc dicto significat remissionem peccatorum, iusticiam, Sp. sanctum, & hereditatem æternæ salutis. Est itaq; certum q; Christus infantib. in baptismo det Sp. sanctū, qui operatur in illis pro ipsorū modo.

### DE COENA DOMINI.

**¶ QVID** in Cœna Domini porrigitur & sumitur? Respondeo.

Verum corpus & uerus sanguis Domini nostri Iesu Christi, qui hanc sumptionē ideo instituit, ut testaretur, q; uerè & substantialiter apud nos & in nobis esse & in ijs qui cōuerti sunt habitare, suaq; beneficia ijs applicare & communicare, & in ijs efficax esse uelit, iuxta illud Iohan. 15. Mansit in me, & ego in uobis.

**¶ QY IS** est fructus huius sumptionis? Respon-

Respondeo.

Vt fides in conuersis confirmetur. Æternus enim Dei filius omnibus temporibus Ecclesiam sibi colligit æternam per extēram prædicationem aut ministerium Euangelij & per uisibilia signa, uerbo suo instituta. Per hæc certum est ipsum operari.

Et cum promissio in genere omnibus qui poenitentiam agunt & credunt gratiam offerat, addita sunt signa uisibilia, ut sint commonefactio[n]es de promissione, & testimonia applicationis, aut quibus sibi quisque aut singuli promissionem applicare queant per fidem in uero usu Sacramentorum. Sich[er] sunt testimonia promissionū & applicationis.

Ita Christus hanc Cœnam instituit, ut nos admoneat totius Noui Testamenti, atque ideo dicit, Hic est sanguis Noui Testamenti. Est autem Nouum Testamentum foedus illud, sanguine Christi acquisitum, sanctum & confirmatum, quod nobis remissio peccatorum, gratia, æterna uita, & æterna iusticia promittitur & donatur.

Omnium horum beneficiorum commenefacit nos hæc sumptio.

Cumq[ue] mandatum sit ut quisque Sa[nti]mentis utatur, eo ipso testatur, generalē aut uniuersalē illā promissionē certō tibi q[ui]q[ue]

## 76      De Cœna Domini,

dictā esse & ad te pertinere, tēq; eius gratiæ  
& eorum honorū participē esse. Sic quisq;  
in usu huius Sacramēti fidē suam exerceat.

Atq; ideo hanc Cœnam nullus sumere  
debet nisi sit ante ad Deum conuersus. Qui  
non egit pœnitentiam, sed in peccatis con-  
tra conscientiam perseuerat, indignè man-  
ducat, nec consolationem hanc intelligit  
aut percipit. Qui uero ad Deum conuersus  
est & consolationem in Christo quærerit, is  
Cœnam hanc accedat certoq; statuat & sibi  
persuadeat, non tantum alijs sed sibi quoq;  
remissionem peccatorum & gratiam dona-  
ri, nō propter merita sua aut propter opus  
id operatum, sed propter Christum, qui  
ingentem Dei contra peccatum iram sedau-  
uit, eumq; nobis reconciliauit, hacq; Cœna  
testatur, nos esse sua membra, & sanguine  
suo nos esse ablutos & mundatos.

Hanc consolationem & applicationem  
unā cum sumptione sequi debet diligens  
gratiarum actio, & ardens inuocatio pro  
Ecclesia & politia.

Debet etiam populus hic admoneri abu-  
sum Papisticorum. Inter alios autem hic  
abusus est grauis & horrendus, quod multi  
Cœnam accedunt ex consuetudine tan-  
tum, qui non egerunt pœnitētiā, sed ma-  
nent in peccatis contra conscientiam.

De his, inquit Apostolus, quod edant iu-  
dicium

dicium, quod accipiant sic, ut cumulent sibi grauia supplicia, fiantq; rei corporis & sanguinis Domini.

Peccant Papistæ & eo, quod Cœnæ alteram partem Laicis quos uocant non ministrant. Item quod dicunt, eo opere mereri homines remissionem peccatorum. Nec rēcte docent de pœnitentia & fide.

Impium est hoc quoq; quod Sacramentum aut ceremonia transformatur in opus genere diuersum, id est, quod aliis finis cōstituitur quam qui à Deo pr̄scriptus est, ut quod circumgestatur & adoratur. Neq; enim potest Sacramentum esse cum aliquid pr̄ter & extra uerbum & ordinationem Dei instituitur, & cum aliis usus & finis cōstituitur, quam q; à Deo est ordinatus. Christus non dicit, Circumferite aut circumgeestate, sed accipite manducate.

#### ¶ CVR MISSA PAPISTICA

est abroganda? Respondeo.

Papistæ dicunt sacrificulum Missam celebrantem suo sacrificio mereri sibi & alijs remissionem peccatorum, idq; ex opere operato ut loquuntur, hoc est, propter illud ipsum opus, ut max. sacrificulus in manifestis & crassis peccatis uiuat.

Dicunt etiam ad hæc, quod mortuis promercantur eo opere liberationem è purgatorio, & uiuis sanitatis beneficium, & pro-

speritatem & liberationem è periculis &c. faciuntq; è Missa nundinationem multipli cem & luculentissimam, quemadmodum Pharisæi & gentes è suis sacrificijs.

Hic Missæ abusus & peruersio scatet hor redis erroribus & idolomanij. Nam quod dicunt, sacrificulum mereri remissionem peccatorum, id pugnat manifestè contra articulum fidei nostræ, qui docet, quod fide propter Christum, sine nostro merito, accipiamus remissionē peccatorum. Item, Hebræ. 10. Vnica oblatione Christus perfectos effecit in perpetuum eos qui sanctificatur. Non est itaq; alia persona quæ sacrificium pro peccato esse possit.

Quod uero docuerunt, id sacrificium suum prodesse mortuis, item ad bona corporis impetrāda, ad felicitatem in mercatu, ad depellendum morbum, id pugnat manifestè cōtra institutionem Christi. Neq; enim institutū est pro mortuis, nec ut bona corporalia impetrentur. Et ex his liquet clarè, multos errores & idolomanias est in Papisticis Missis. Certum est autem Mundum à Deo horribiliter puniri, max. propter idolatrias, cædes & libidines &c. Hæc Dei contra idolatriā ira diligenter consyderetur, & legitimus usus Cœnæ discatur & seruetur, erroresq; & idolomanię Papisticae uitetur.

Nuper quidam Pōtificij cœperunt nouo quodam

quodam fuco Missam istam Papisticam colare & palliare. Dicunt, Sacrificium non esse meritum quidem, sed esse tamen applicationem. Sic nomen duntaxat mutant. Nā eo colore conantur errores illos suos ueteres confirmare. Scias itaq; non opere sacrificuli gratiam cuiq; applicari, sed quenq; propria fide remissionem & gratiam sibi applicare. Fide propria fit applicatio nō propter opus alienum. Hoc sciant qui Cœnam sumpturi sunt, idq; illis inculcetur, q; quisq; propria fide in sumptione Cœnæ huius, peccatorum remissionē & gratiam sibi applicet.

#### DE DISCRIMINE PAPISTICÆ

Missæ & ueræ Cœnæ Domini, quæ in Ecclesia administratur.

Papistæ ministerium, ut dictum est, in sacrificium & meritum commutant & uertunt. Sed uera ministeria in Ecclesia, quæ Christus instituit, sunt conciones uerbi diuini & administratio Sacramentorū, sumptio Cœnæ in fide, gratiarumactio, & uera inuocatio in publico cœtu. Vult enim Deus ut Ecclesia sua habeat publicas congregations, quas & ipse clementer cōseruat. Ideo Psal. ait. Laus eius in congregacione Sanctorum. Vult etiam Deus ut in toto genere humano rectè agnoscat, inuocetur & glorificetur, & ut filius eius, & Mediator, IESVS Christus, eiusq; immensa gratia om-

nibus hominibus innotescat , & ut omnes  
idolatriæ & peccata publicè pro concione  
arguantur. Ad eam rem opus est publicis  
& honestis congressibus aut cœtibus, Et e-  
am ad rem dat Deus Ecclesijs tuguria & ho-  
spitia in aliquot regnis & ditionibus , eaq;  
defendit contra Diabolum, Turcam, & ali-  
os Tyrannos, quamvis Satan tanto Christi  
odio ardeat, ut nihil mallet quām totam ec-  
clesiam deglutiire, & ad internectionem usq;  
ac funditus euertere ac uastare . Sciamus i-  
taq; quæ uera sint ministeria in Ecclesia,  
eaq; ad gloriam Dei conseruemus , om-  
nesq; Idolatrias remoueamus & uitemus,  
ut scriptum est, Fugite idola. 1. Corinth. 10.

#### ¶ DE POENITENTIA.

Prima cōcio in Paradiso , quam ipse Dei  
filius habuit , accusat primò peccatum in  
Adamo & Eua ualde horribiliter. Mox con-  
solutionem addit, patefaciens admirādum  
mysterium de redēptione generis huma-  
ni & remissione peccatorū per Semen uētu-  
rum qd caput Serpentis esset [conculcaturū  
& contriturū]. Et hēc concio nō fuit ociosa,  
aut euanida & inanis ac mortua uox , sed fi-  
lius Dei simul in cordib. eorū efficax fuit.

Cūm accusaret peccatum his uerbis gra-  
uissimis & seuerissimis , Cur id fecisti? ibi  
& Adam & Eua dolore & paurore maximo  
mortis

mortis consternati sunt, quemadmodum nos quoq; indicib; libus angoribus discruciamur, ubi iram Dei sentimus. Quamuis enim ad breue tempus homines in cæcitate sine aliquo dolore uiuunt, tandem tamē uenit Dei iudicium & poena, sicuti exempla Adæ, Saulis & Dauidis aliorumq; testantur.

Postea uerò cùm audissent hæc uerba, Se men Mulieris conteret caput Serpentis, ibi uitam, consolationem & læticiam senserūt & acceperunt à Deo, suntq; tunc è morte & inferis liberati. Et hæc concio de Semine Mulieris semper fuit in Ecclesia Dei. Et filius Dei per eam est efficax, æternamq; Ecclesiā sibi ita colligit. Hoc enim certissimum est, Deum esse iustum & irasci peccatis, eaq; ab ipso non tantum in uerbo ipsius argui, sed & corporalibus supplicijs & horrendis paucoribus & consternationibus puniri. Id experimur omnes.

Non uult tamen ut in æternum maneamus ipsius inimici & in horribili illo supplicio, sed ut conuertamus & uiuamus, iuxta illud, Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Hæc concio omnibus temporibus à Prophetis est repetita. Et quod filius Dei ipse in Paradiso, & postea in Prophetis concionatus est, idem concionatus est cùm uisibilis ministerium

in terris obiret, Mar. 1. Agite pœnitentiam & credite Euangeliō. Et hoc mandatum dat Apostolis, quod est præcipuum & maximum, ut prædicarent pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo.

Ex his liquet & certum est, hanc seriam & immotam esse Dei voluntatem, ut de pœnitentia recte doceatur, utq; concionem de ira & poenis peccatorum, deq; eorundem remissione suscipiamus. Est & hoc certum, Deum per has conciones esse efficacem, remittere peccata, donare Spiritum sanctum, æternam uitam, iusticiam & læticiam in se.

Cum itaq; puritas doctrinæ de hoc maximo Articulo, maximè per Pontifices Romanos & Monachos deleta sit, diligenter de eo explorandi sunt ij, qui ecclesijs præciuntur, & admonendi ut recte ea in re populum informent.

Primum. Quò uox Pœnitentia recte intelligatur, sciant Prophetas uoce Pœnitentiæ aut conuersionis uti eo sensu, quo usus est Deus in iuramento illo suo, ubi ait, Vnuo ego dicit Dominus, &c. uidelicet ut pœnitentia uera sit, expauescere & terrori Dei ira contra peccata, nec tamen in terroribus his desperare & animo concidere, sed per fidem in Christum remissionem peccatorum, gratiam & Spiritum sanctum accipere, atq; in ea consolatione Dcō obedire, & æternas

æternæ salutis hæredem esse.

Hanc mutationem in homine Scriptura sæpe uocat pœnitentiam. Et ecclesia uia est ea uoce pro conuersione. Ideoq; & nos utra que uoce utimur. Petimus ne de ea uoce pugnemus ac logomachias seramus. Germanica uox Busse, obscura est. Sed pro conuersione etiam eam usurpant.

Ad rectius autem Conuerzionis aut pœnitentiæ significationem intelligēdam, admoneantur homines, esse tres eius partes.

Prima est Cōtritio, quæ est perterrefieri ira Dei cōtra peccatum, de qua Esa. inqt, Ut Leo contriuisti omnia ossa mea. Et hos terrors non esse ociosas cogitationes aut spēculationes, id discunt tandem omnes homines experientia tali qua horribiliter cruentantur.

Secunda pars Pœnitentiæ est Fides, cùm credis tibi peccata tua condonata esse, & tibi Deum reconciliatum & propicium esse propter Christum, gratis sine merito tuo. Vbi cor per fidem aut fiduciam in Christū consolatione ea erigitur, tunc filius Dei in corde efficax est & donat uitam, læticiam & Spiritum sanctum. Cùm enim conuerti debeamus, non potest fieri ut in terroribus & angoribus ijs atque inferno maneamus, ubi fuga & fremitus cōtra Deum est, sed ad Deum redēamus oportet, qui donare uult.

nobis uitam , gratiam & iusticiam per filium suum . Hanc autem consolationem nō esse ociosam ac futilem aliquam imaginationem aut cogitationem somnium, aut cerebri spectrum uanum , id nouerunt probè piorum corda, qui in magnis doloribus & angoribus fide sunt recreati , refocillati, erecti & confirmati, iuxta illud Pauli, Fide iustificati pacem habemus &c. Tunc & dictum Augustini intelligitur, Credens scit se credere.

De hac Fide dictum est ante, quod Euangelium, hoc est, promissionem gratię intueratur. Ad id prodest atque usurpari debet & Absolutio , quæ itidem Euangelium animis anxijs , consolationem expetentibus, proponit & applicat dicens : Non alijs tantum sed & tibi uerè condonata sunt peccata, si in Christum credis . Eam absolutionē statues esse Euangelij uocem , atq; ita suscipies eam, quemadmodum Dauid Absolutionem illam suscepit & illi fidem habere, nec dubitare de ea debebat, cùm Nathan dicaret, Abstulit Dominus peccata tua.

Mandatum remittendi peccata extat Ioh. 20. Quorumcunq; remiseritis peccata remittuntur eis &c. Et Matth. 18. Quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta in cœlo. Item, Quoties remittam ei &c. Usq; ad septuagies septenas uices. Quamuis itaq; admonendus

monendus h̄ic populus, quōd enumeratio peccatorum qualis sub Papatu fuit, necessaria non sit, nec quisq; cogi queat ad eorum enumerationem, tamen priuata Absolutio retineri in Ecclesiā debet, quam oēs tam sani quām ægroti petere possunt, quoties uolunt. Estq; hic Mos Absolutionis perutilis, ut quisq; ante communionem petat priuatam Absolutionem. In hoc Colloquio iuniores & rudiores possunt interrogari, quid teneant rerum earum quæ ad fidem pertinent, & edoceri atq; institui in ijs quæ ignorant. Et hunc morem explorationis & absolutionis in nostris ecclesijs seruari uolumus. Nec admittant Pastores quē quam ad Coenam Domini, qui in manifestis delictis, quæ notoria sunt, perseuerat.

Tertia pœnitentiæ pars est Obedientia noua aut inchoata, ut post cōuercionem uitā emēdes nec in peccatis, cōtra conscientiā perseueres. Peccatis enim contra conscientiam pellitur Spiritus sanctus, & Dei ira in nos deriuatur. Quare noua obedientia necessaria est, iuxta hanc regulam, Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam cōsciētiā. Item Rom. 6. Ne regnet peccatum in mortali corpore uestro, sed membra uestra sint arma iusticiæ. Dei templum & habitatio manere debemus, ut subinde magis ac magis nos illuminet, & purget, quōd inuo-

catio & agnitione Christi & uera fiducia in filium Dei in nobis augeatur & confirmetur, ut quæ nostram immundiciem magis agnoscamus & deploremus, & peccata occasiones quæ eorum uitemus, nec ut canes reuer tamur ad nostrum uomitum &c. 2. Pet. I.

**¶ QVÆ SVNT PRÆCIPVE RE**  
prehendenda ac daminanda in Papistarum  
doctrina de pœnitentia?

Respondeo.

Papistica doctrina de Pœnitentia est barathrum quoddam & sentina ac colluuius quædam multorum crassorum errorum, est quæ inter ipsos tam intricata & implicata, ut se mutuo non intelligant. Multos etiam sua illa doctrina perduxerunt in falsam fiduciam aut desperationem. Faciunt tres eius partes, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem. De Contritione habent hos duos tetros & horrendos errores, quos dānari necesse est, uidelicet, quod dicunt, sufficiēt contritionem & dolorem esse oportere. Deinde, eam contritionē sufficiētem mereri remissionem peccatorum. Hęc falsissima esse sciamus. Nullus enim sufficiēt contritionem habere potest, siquæ contritio & terror crescunt, nec cor consolatione erigitur fiducia Christi, tum in alter

num

num exitium ruit homo. Nec sciunt Papistæ quid loquantur.

Est & hic crassus eorum error, quod dicitur & expresse scribunt & docent, Contritionem mereri remissionem peccatorum. Hæc est manifesta blasphemia in Christum. Ac Papistarum doctrina in hoc articulo planè damnanda est, quod in conversione aut pœnitentia prorsus nullam mentionem fidei faciunt qua sola animi perterrefacti remissionem peccatorum & consolationem apprehendunt & accipiunt, ut saepe dictum est. Estq; hæc Papistica doctrina, quod Contritio mereatur remissionem peccatorum, horrenda cæcitas, & teter error. Nam remissionem peccatorum accipimus fide per & propter filium Dei Iesum Christum. Ac in ueris terroribus ac uera Contritione atque conversione intelligi potest qualis sit ea fides, quæ promissionem gratiæ apprehendens in Christum credit.

De Confessione certant etiamnum Papistæ acriter, quod talis sit necessaria qualis sub Papatu fuit, uidelicet, ut in ea enumarentur omnia peccata. Et hunc errorem stabilierunt in Concilio Tridentino & magis eum exacuerunt quam antè.

Disertè enim dicunt, hanc enumerationem esse necessariam ob Dei mandatum, & ob id ut cuiqdæbita Satisfactio imponatur.

Hæc sunt manifestaria mendacia. Nullum enim in Euangeliō mandatum de hac peccatorum enumeratione extat, Estq; ea impossibilis, iuxta illud, Delicta q̄s intelligit?

Contra. Iudex non potest pronunciare aut quenquam absoluere nisi eum audierit, & causam probè cognoverit. Minister uerbi autem fungitur ibi, inquit, iudicis officio. Ergo cognitio illa est necessaria, ac proinde etiam peccatorum enumeratio.

Respondeo. Hoc argumentum adducunt in Concilio Tridentino. Sed hinc quoque magna ipsorum cæcitas hic conspicitur. Pastor enim nō fungitur iudicis munere in peccatis occultis & arcanis, sed est minister Christi, cui mandatum est, ut eos absoluat, qui pœnitentiam agunt, & se peccatores esse agnoscant, & in Christo consolationem querunt, Iohann. 20. Et hæc absolutione pronunciatur nō ratione iudicij, sed ratione ministerij. Estq; efficax ob promissionem & mandatum istud summum Domini nostri Iesu Christi, Sicut me misit Pater, sic ego mitto uos. Nā filius Dei ipse per Euangelij uocem est efficax.

Quantum attinet ad Iurisdictionem Ecclesiasticam in manifestis delictis & publicis offendiculis, quibus ecclesia contamina tur, item de excommunicatione, de ijs dicitur in sequenti libri huius parte.

Tertia

Tertia pars Pœnitentia uocatur à Papistis Satisfactio. Ex hac quoq; magna cæcitas & caligo multæq; idololatriæ consecutæ sunt. Vocant autem Satisfactionem opera ea quæ Deus non præcepit, sed quæ hominibus imponuntur extra & supra Dei mandatum per eos qui Confessiones audiunt, ut sunt discrimin ciborum aut ieunia certa, peregrinationes, uxore intra aliquot annos non attingere, Sæctos demortuos in uocare, Missas emere, aut sacrificulos qui Missas celebrent conducere, &c. Hæc & similia uocant Satisfactionis opera. Ex hoc errore postea manarunt & pullularunt Indulgentiæ, ut uocant, quæ nihil aliud fuerunt quam remissiones eius Satisfactionis Canonice. Inde postea factæ sunt nundinationes & cauponationes. Estq; in summa, deliramentum Papisticum de Satisfactione, chaos quoddam & sentina errorum & idololatriarum. Et confutatur totum eidenter hoc uno dicto: Frustra colunt me mandatis hominum, Matt. 15. Confitentur enim ipsi ac sciunt, nec inficiari possunt, eam Satisfactionem esse opera à Deo non mandata.

Ea etiam de Satisfactionibus doctrina obscurat planè & delet Euangeliū, hoc ipso quod hominem mittit & deducit ad opera quædam peculiaria, & non ad remis-

cionem peccatorum in Christo promissam gratis. Hæc breuiter dicta sint ut de his cōmonefiant Ordinandi. Doctiores è Scriptis Reuerendi uiri Domini Lutheri copioſius populum edocebunt de Papisticis his erroribus, & de alijs cognitu necessarijs. Nam in articulo de Pœnitentia continentur res multæ & maximi momenti. Estq; in primis necesse ut uera & luculenta eius cognitio in Ecclesia extet.

## DE ECCLESIA, QVID SIT, ET VBI SIT, ET QVÆ SINT eius signa propria unde cognosci queat.

**E**cclæsia Catholica est in hac uita cœtus uisibilis omnium hominum incorruptam Euangeliū doctrinam amplectentium, & Sacramentis rectè uentientium, in quo cœtu Christus per ministrium est efficax, multosq; ad uitam æternā regenerat & sanctificat: sunt tamē in eo cœtu multi non sancti, sed tamen in doctrina consentientes

Hic nota nos non loqui de Ecclesia, ut de Idæa Platonica, quam nemo scit ubi inuenire eam debeat, sed, ut suprà dictum est, Deus uult omnibus temporibus cœtum aliquæ colligere, à quo ipse & Saluator Christus agnoscatur & inuocetur, Atque ob id

uult

uult doctrinam suam propagari & publicè  
prædicari iuxta illud, In omnē terram exi-  
uit sonus eorum. Quoties itaq; hunc articu-  
lum in Symbolo recitamus, Credo ecclesiā  
sanctam catholicam, hoc est, cœtum aliquē,  
qui doctrinam Euagelij incorruptam am-  
pletebitur, in quo multi sunt ad uitam æter-  
nam electi, consolari & confirmare nos de-  
bemus diuinis promissionibus, quæ testan-  
tur Dei filium omnibus tēporibus usq; ad  
resurrectionem mortuorum æternam Ec-  
clesiam in genere humano sibi colligere.

Circumspiciendum est etiā nobis ubi ea  
ecclesia sit. Est aut̄ ibi ubi hęc signa inueniū-  
tur, quę latere & obscura esse nequeunt, sed  
aurib. & oculis notari & cognosci possunt,  
uidelicet, incorrupta euāgelij doctrina, legi  
timus usus Sacramentorū, & obediētia mi-  
nisterio debita erga mādata diuina. Certū  
est itaq; extra ecclesiā esse & ea excludi oēs,  
q; hęc signa nō habēt, ut sunt Ethnici, Maho-  
metistę, horū tēporum Iudei, Hæretici, Ebi-  
onite, Manichei, Ariani, Pelagiani, &c. atq;  
oēs qui purā Euāgelij doctrinā persequun-  
tur, ut sunt Pōtifices, Episcopi & eorum asse-  
clæ ac complices, qui scientes adiuuant ty-  
rannidem & crudelitatem quę contra pios  
ad delendam ueram doctrinam exercetur.

Hoc scire oēs homines necesse est, quo  
uera Ecclesia membra à falsis discernere

queant. Eam ob rem Regula illa omnibus hominib. est proposita Galat. 1. Si quis prædicauerit aliud Euangelium, anathema sit. Cum itaq; sciamus ubi & quæ sit uera Ecclesia Dei, prorsus necesse est singulos saluandos coniunctos esse cum uera ecclesia eiusque ciues & membra fieri, & unà cum illis Deum inuocare & confiteri, Sacramentis uti, ueram doctrinam propagare & plantare, huncq; cœtum conseruare, & ut exedificetur, non destruatur, operam nauare, iuxta illud Psalmi 26. Odi Ecclesiam malignā tūm & cum impijs non sedebo. Altari tuo Domine adhæreo, &c. Et Psalm. 27. Vnum petij à Domino, hoc requiram, ut inhabitē in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ. Psal. 84. Beati qui habitant in domo tua Domine. Et Psalm. 92. Plantati in domo Domini in atrijs domus Dei nostri florebunt. Psal. 122. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & bene habeant qui diligunt eam. Matth. 12. Qui non est mecum, est con me. Rom. 8. Quos uocauit, hos & elegit.

Hæc omnia sunt consyderanda & expendenda, quando recitamus hunc articulum fidei nostræ, Credo Ecclesiam sanctam Catholicam. Coniungamusq; nos ueræ ecclesiæ, nec polluamus nos societate eorum qui illam persequuntur. Nec debemus esse Neutrales, nec uagari & oberrare nunc in hoc  
nunc

nunc in alijs locis, propriasq; opiniones fin gere, omniaq; ministeria & Ecclesiast refor mare, carpere, suggillare, flagellare, & damnare, ut facit Stenckfeldius.

Si autem ueræ ecclesiæ membra sumus, & ad Deum cōuersi sumus, tunc habemus in corde hoc quoq; testimonium, & statuere apud nos possumus quod Dei filij sumus, ac consolationē ueram in Deo sentimus, Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptionis per quem clamamus Abba Pater.

¶ CVR ECCLÉSIA SIT  
subiecta Crucis.

Ratio non leuiter offenditur quod iij qui uocantur Dei populus tam affiguntur & omnis generis aduersis & difficultibus exercentur quam Ethnici & alij qui doctrinam Euangelij palam derident, ut Turcæ & similes. Cum primis itaq; necesse est, ut probè homines hic instituantur, ob quas causas ecclesia sit cruci subiecta, & in mundo dispersa tam miserè prematur sub uarijs populis & sæculari Magistratu. Etsi autē aliquando Deus ei dat hospitia tranquilla sub Principibus nonnullis, qui Deum & Christū recte cognoscunt & inuocant, non tamen ecclesia ob id est Regnum quoddā, quod habeat propriam aliquam potētiam, præsidium & defensionem, quale regnum

## 94 Cur Eccl. sit subiecta Crucis.

mundanum Pontifices Romani sibi pepererunt & stabiliunt.

Estq; mirandū hoc Dei consilium, quod Ecclesiam suam omnibus temporibus in terris conseruat, & tamen exerceri eam cruce uult. Cùm Abel esset p̄r fratrem ē medio sublatus, & Cain à Deo desciuisset, tunc ecclesia erat minor quām antē, Adam etiam atq; Eva summis doloribus discruciantur, sed manebant tamen ecclesia, suntq; à Deo confirmati in fide, & in uita conseruati, deditq; postea illis filium, qui ad Deum couersus est & in uera Dei cognitione perseverauit. Sic Deus cōseruat omnibus temporibus cōtum aliquē ut maximē aliquot membra occidantur aut affligantur.

Hic discamus causas earum calamitatū quibus ecclesia premitur, & quomodo consolari nos debeamus, ne Ethnicis istis cogitationibus indulgeamus ac locum demus, quasi Deo non magis sit curæ ecclesia aut iij qui uocantur Dei populus quām alij populi, cum omnes populi uarijs calamitatibus conflentur, cumq; omnibus hominibus mors immineat. Contra has ethnicas cogitationes populus diligenter firmis Scripturæ testimonijs informādus & confirmādus.

Prima causa calamitatum est peccatum Originale. Nam certum est quod genus humanum, tam gentes quām filij Dei morti obnoxij

obnoxij sint propter peccatum istud Originis. Punit etiam Deus non tantum Ethnicorum, sed & Electorum externa peccata multis corporalibus plagis, fame aut annone caritate, morbis, bellis, uastationibus & excidijs regnorum & urbium. Dauid pellitur regno ob admissum adulterium & homicidium, ut alij Ethnici Reges, Thyestes, Tarquinius Superbus, &c. Hierosolyma etiam crudelissime & miserandum in modum ustantur, ut Troia & Thebae. Haec pœnae uagantur in mundo inter gentes & Dei populum. Hanc enim Regulam suam seruat Deus, externa delicta punit etiam corporalibus pœnis, ut commonefaciat, omnes homines se esse sapientem & iustum, & uerè ac seriò uehementerq; irasci peccatis.

Sed ut discriminem est inter duos illos latrones in cruce cum Christo pendentes, sic est discriminem inter Sanctos & impios in his corporalibus ærumnis & calamitatibus ac pœnis, Moritur tam Latro conuersus quam alter Christo illudens, Sed impius ruit in æternum exitium. Alter accipit æternam salutem, læticiamq; in Deo, & gustum æternæ fœlicitatis in corde sentit.

Sic Abel & infantes in Ægypto & Bethleem quis crudeliter necatur, non tamen pereunt,

96 Cur Eccle. sit subiecta Crucis.

sed æternæ salutis consortes fiunt. Populus uero Sodomiticus post corporale supplicium ruit in æternam & grauius supplicium. Sæpe temporalis poena etiam mitigatur ijs qui conuersi sunt, iuxta illud, Inuoca me in die tribulationis & eripiam te, &c.

Est itaq; prima causa mortis & calamitatum corporalium quibus premitur ecclesia, quod hæc nostra natura adhuc peccato est obnoxia, & quod Deus peccatricem illum naturā uult frangere & destruere. Atq; ideo manet corporalis mors. Id ita constitutum & prædictum est in Gene. cap. 3. ubi Adam & Eua in gratiam sunt recepti quidē, sed tamen morti corporali subiecti. Et Sancti cadūt sæpe in externa delicta, ut Dauid. Ita accedunt & alia corporalia supplicia.

Secunda causa est, ut Sanctorum calamitates in hac uita sint testimonium ipsorum naturā esse peccatis obnoxiam, non ardere Dei timore, imbecilli fide præditam, multis dubitationibus & uagis motibus atque inordinatis flammis inquietari.

Hæc uicia & peccata & hos defectus contemnit Mundus. Sed Deus uult ut membra ecclesiæ discat uoluntatē suam, nec superbiant aut sibi placeat, ac blandiantur falsasq; de sua sapientia, iusticia, mundicia & uiribus persuasiones concipient: nec fiducia sapientiae nostræ nouas doctrinas fingamus,

aut

aut prudentia nostra in gubernatione politica nitamur, sicut Samosatenus, Arius & alij complures falsa persuasione elati fecerunt. Et hoc tempore quoq; uidemus multos fastuosos & tuuidos Reformatores.

Agnoscamus itaq; subinde magis ac magis nascentem nobiscum infirmitatem, stulticiam, & immundiciam internam, eaq; deploremus nec leuia uicia ac morbos ducamus, sed sciamus Deum uerè irasci peccatis, quamuis personam propter Christum ex misericordia receperit in gratiam. Non uult iudicium suum cōtemni. Vult etiam peccatum destrui. Id fit magnis illis calamitatibus, quibus sancti premūtur, ut Adam, Eua, Abrahā, Isaac, Iacob, Job, Jeremias &c.

Hæc exempla omnia ad hanc regulam pertinent, quæ est Psal. 119. Bonum mihi q; humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Non aliter statuere debemus, quam q; Deus eos, quos magnis donis cumulauit, uelit & probè humiliare. Neq; enim ferre potest, ut peccata nostra & iudicia eius iudicemus leuia, Et unumquenq; aliquando eō redigi oportet, ut ex corde dicat, Vermis sum & non homo, opprobrium hominum & despectio plebis.

Ea regula quæ est Lucae 16. maneat operet. Quod altum est coram hominibus, abominabile est coram Deo. Hec uerba res ion

gè grauiissimas & maximas in se continent, ut nulla creatura eam penitus peruidere & intelligere queat, Oculi tamen in Christum nobis sunt coniiciendi. Hic est absolutum exemplum humilitatis: Supplex est Deo Patri pro nobis, Et sentit inenarrabilem Dei iram contra peccatum meum & tuum, ac si ea ipse fecisset, cernitque plenè & perfectè æterni Patris sui sapientiam & uoluntatem, scilicet subiicit ipsi.

Has res longè maximas nemo potest uerbis assequi. Hoc tamen hic discamus, ut parui pueri, Dei uoluntatem ueram & seriam hanc esse, ut nos ipsi subiiciamus ex animo, utque Christo Domino nostro in afflictionibus conformemur, aut eum ita sequamur patienter Crucem ferendo, iuxta mensuram nostram, aut pro modulo nostro, & ut post hac uitam in omnem æternitatem, propter ipsam diuinæ sapientiæ, iusticiæ & gaudij consortes & participes fiamus.

Tertia causa est furor Diabolorum, qui rabiosius sæuiunt contra pios quam impios. Sunt enim hostes Dei & Christi, & in hoc toti sunt, ut Deum contumelia & ignominia afficiant, utque quamplurimos à Deo auillos præcipitent in exitium. Hæc est singularis pugna & conflictus. Consolari tamen nos debet (ut etiam non potest non consolari pios) quod Christus ait, Nemo

mo oues meas rapiet è manibus meis.

Cum Diaboli sint hostilissimis in nos animis, idèò maximè, ut Deū & Christum ac Spiritum sanctum contumelia afficiant & deforment, certò scire & statuere debemus, quòd Deus nobis miseris adesse uelit propter gloriam suam. Diaboli enim idèò maximè nos persequuntur & oderunt ac male nobis cupiunt, ut Deum contumelia afficiant. Hoc sæpe cogitandum & inculcandum. Et consolari nos hic debemus hoc dicto, Filius Dei apparuit ut dissolueret opera Diaboli.

Quarta causa, Exemplum illud singulare, quo nō omnes sancti premuntur & onerantur, uidelicet, q̄ summa capita in ecclesia, ut Christus, Abel, Esaias, Ieremias, Petrus, Paulus, &c. est manifestum testimonium aliam uitam & iudicium post hanc uitam secutum. Cum n. Deus ipsis testimonium prohibuerit, multis manifestis & certis miraculis editis, resuscitatiōe mortuorum & alijs, q̄ uerē Deus sit, & q̄ Deo placeat, q̄ ipsorum doctrina sit uera, cumq; ab hostibus Evangelij ex hac uita tollantur, necesse est restare aliud iudiciū, in quo Deus manifestabit hos suā doctrinā professores fuisse ueros & pios doctores, & nunc esse iustos, ac Deo placere, qbus antē prohibuit testimonia, & hostes eorū esse iniquos & peccatas luituros,

100 Cur Eccleſia ſit ſubiecta Crucis

Quinta cauſa. Deus uult ut multorum  
Sanctorum afflictiones & perſecutiones,  
quas patiuntur, & mors qua afficiuntur pro  
pter confeſſionem ueritatis, ſint teſtimoni  
um, quod doctrinā iudicauerint fuſſe ue  
ram & piam, nec dubitauerint, Deum uer  
ueritati teſtimonium in æternum eſſe da  
turum. Cum enim uidemus quod propter  
doctrinam tantas miseras & mortem pa  
tiantur, inde ſatius conſpici potest, quod do  
ctrinam certò ſtatuat eſſe ueram. Nam qui  
ultrò mortem adit, iſ aliam & meliorem ui  
tam ſe conſecuturum ſperat.

In ſumma hoc Dei eſt conſilium & uo  
luntas, ut ecclēſia ſit ſubiecta cruci. Et hoc  
diuina ſapientia & Iuſticia ita decreuit. Id  
ſtatua muſt, etiamſi nō poſſimus omnes cau  
ſas ſcire & indagare. Cauſa præcipua tamē  
mañifesta eſt, uidelicet, Deū uelle, ut pecca  
trix natura deſtruatur. De hac cauſa loqui  
tur Apoſtolus Roma. 8. Corpus mortuum  
eſt, id eſt, morti ſubiectum eſt, propter pec  
catum.

Hæc omnia dicta ſunt de afflictionibus  
quas nos patimur. Paſſio aut̄ Christi, & to  
ta ipsius obedientia, habet aliam cauſam,  
uidelicet, ut Lytron ſit ſeu compenſatio pro  
noſtriſ peccatiſ, ut dependeret pro nobis.  
De diſcrimine hoc, quod eſt inter crucem  
aut afflictiones piorum, & paſſionem Chri  
ſti

sti, populus diligenter ab omnibus concionatoribus est edocendus.

Cum autem dictum sit iam nobis, ecclesiastam cruci subiectam esse, sciendum est etiam, quae sit præcipua & efficacissima consolatione. Nam & Ethnici coguntur multa pati. Latro iste impius ( ut & antè dictum ) tam pendet in cruce quam pious, sed impij non habent consolationem quæ uitam & læticiam in Deo pariat. Est autem certa uoluntas Dei, ne conuersi in doloribus desperent & concidant, nec in æternum exitium ruerant. Vbi ratio humana apud Ethnicos consolationes querat, hic dicere prolixum esset, sed hæc tria capita seu articulos ordine obseruemus.

Principium consolationis hoc est, si statuimus & credimus afflictiones non citra Dei consilium nobis immitti, nec casu nobis accidere aduersa, ut cæca ratio gentilium fingit. Estq; Dei seria uoluntas, ut in afflictionibus illis, cum nos sic exerceat, ipsi prestemus obedientiam, non ei irascamur, sed cordibus nostris id persuadeamus & imperemus, ne ea onera adiuti Dei auxilio ferre recusent. Sic Petrus inquit, Humiliemini sub potenti manu Dei. Per potentiam manus Dei intellige utrumq; uidelicet q; potenter punire queat, & contrà, q; potenter etiam liberare eos possit, qui cōuertan-

tur & ad ipsum confugiunt, eumq[ue] inuocant, ut uidere est in poenis & liberatione Davidis. Talia exempla sunt probè inspi-cienda.

Secundo loco est consyderandus finis ob quem supplicia & aduersa nobis patiatur immitti, uidelicet, non ut in æternum nos reijciat, sed ut ad pœnitētiā nos uocet, & cogat, ut in afflictionibus de resipiscētia cogitemus, & remissionem peccatorum propter Christū petamus, & uera fide eam complectamur, sicuti ea in hoc Iuramento est promissa: *Vnu ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris sed ut cōuertatur & uiuat.* Quemadmodum Manasse & Nebucad nezar per supplicia grauia sunt ad pœnitētiā & eternam salutē uocati. Et hęc est uia usitata ducens ad pœnitentiā. Hinc Paulus ait. *i. Cor. ii. Cūm iudicamur à Domino corripimur ne cū mundo condemnemur.* Et tota Ecclesia cūm Michea ait, *cap. 7. Iram Domini portabo, q[uod]a peccaui ei, donec causam meam iudicet & faciat iudicium meū,* Educet me in lucem &c. id est, in pœna con-solationem ab eo expectabo & sperabo.

Tertiò. Cūm iam remissionem peccato-rum accepiimus, tunc Fides subinde cresce-re debet, & certò statuere, quod Deus te exaudire uelit, adsit tibi, & confirmet te. Debet & hęc spes prælucere, quod Deus afflictiones

afflictiones etiam in hac uita mitigaturus  
sit aut prorsus inde liberatus. Siç in hac  
uita inde non fueris liberatus, te tamen æ-  
ternæ salutis hæreditatem accepturum.

Qui ita in Cruce Dei præsentiam & o-  
pem liberationem & æternam salutem ui-  
det, is uidet summum bonum. Potest itaq;  
cor erigi & læticia affici. Et sic à Deo è mor-  
te eripitur, sentitq; uitam & mitigationem  
in afflictionibus. Huius consolationis pror-  
sus expertes & ignari sunt Gentes & impij.  
Nos uero promissionem diuinam intueri,  
& fidem ac spem ea excitare & confirmare  
debemus. Psalm. 33. Propè est Dominus his  
qui tribulato sunt corde. Esa. etiam 57. testa-  
tur Deum habitare in cordibus tribulatis  
ut ea uiuiscet. Psalm. 49. Inuoca me in die  
tribulationis & eripiam te & honorifica-  
bis me. Nahum. 1. Bonus Dominus & con-  
fortans in die tribulationis & sciens spera-  
tes in se.

Hæc & similia Scripturæ dicta probè in-  
figamus, & sæpè meditemur, & ut ueras il-  
las Dei promissiones fide apprehenda-  
mus, nec eas inanes uoces iudicemus, nec  
fusq; deq; habeamus.

Intueamur & exempla tot piorum, qui-  
bus adfuit præsentia & ope sua Deus, ut A-  
dæ, Euæ, Dauidi, Manassæ, Nebucad-  
nezaro, Cananææ, &c. Yt illis adfuit,

fic adesse uult omnibus ipsum inuocantibus, ut max. non eodem modo in corpora libus difficultatibus nos iuuet, nec eo quo nos uellemus modo. Nam & hoc discrimē probē obseruandum est.

Vltima illa & uera liberatio ad eternam salutem semper sine hæfitatione uilla est nobis speranda, etiam si Deus in hac uita è calamitatibus corporalibus omnino nos nō eripuerit. Ionathas, Judas Machabeus, & multi alij, quamuis ab hostibus sint trucidati, tamen Deo placent, & sunt aeternæ salutis hæredes, sentiuntq; consolationem in cordibus suis, Sic ait Iob. 13. Etiam si occiderit me sperabo in eum.

Corporalis liberatio in hac uita non est uniusmodi, Deus enim singulari consilio uult ut ecclēsia in hac uita sit subiecta cruci. Vult & fidem ita in nobis exercere. Non itaq; modus aut tempus liberationis in corporalibus difficultatibus ipsi à nobis debet præscribi. Vult in pœnis etiam suam iusticiam declarare & exerere. Sed mitigat tamen iram misericordia. Psal. 77. Non accendit omnē iram suam. Oseæ 11. Conuersum est in me cor meum, misericordia mea est accensa in me. Nō effundam omnem iram meam. Ioel. 2. Conuertimini ad Dominum Deum uestrum, quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ & præstabilis

præstabilis super malitia, id est, pœnitentia  
ducitur super malo, scilicet, quod infixit.  
Abacuc. In ira memor es misericordiæ.

Vt max. itaq; in corporalibus afflictioni  
bus non semper eodem modo iuuat, nec  
semper adest Deus, ita ut uelles, fides tamen  
tua, & inuocatio ac spes non frustrantur te,  
sed consequeris certò mitigationem cala-  
mitatum & pœnarum. Aliquando etiam  
planè inde liberaberis & uoti potieris, ut  
Dauid & Manasses regno potiti sunt.

Porrò in omnibus his consolationum  
locis fides in Christum semper intueatur.  
Is est sumnum exemplum humilitatis &  
patientiæ, Is cùm æterno Patri suo in cru-  
ce illa longè horrendissima obediens fue-  
rit, certè & nos meritò iuxta modulum no-  
strum, ei obedire in cruce debemus.

Deinde sciamus & hoc, quòd eam poenā  
quæ nobis luenda fuisset, eam maximè ob-  
causam in se suscepit & dependerit, ne  
nos in ea poena absorberemur & in æternū  
exitium præcipitaremur, sed ut propter il-  
lius Mediatoris merita & opera tantum fi-  
de remissionem peccatorum & gratiā con-  
sequeremur.

Tertiò, de Auxilio. Hic tenendum est,  
quòd filius Dei eam ipsam ob causam as-  
sumperit humanam naturam, ut ei adesse  
auxilio, & eam conseruare uelit in afflictio-

106 Cur Eccl. sit subiecta Crucis.

nibus huius uitæ & in morte ipsa. Ut enim corpus humanum aut cadauer computrescit & dissoluitur, ubi Anima discessit, Sic tota humana natura periret in omnem æternitatē, nisi Dei filius eam apprehensam induisset, ut uitam & iusticiam ei donaret. Est itaque apud nos, & Immanuel noster. Estq; eximia, solida & maxima hæc consolatio in omnibus afflictionibus, quod scimus nostram naturam à Christo Dei filio Domino nostro assumptam, si id diligenter perpenderimus, q; q; is non tantum pœnam pro nobis dependerit, sed & ipse conservator sit infirmæ huius naturæ, & sustentator huius massæ, cum eam assumpserit non solum inseparabiliter, sed etiā ita, ut sit unum Hyphistamenon λόγος sustentans hæc massam & ipsa massa naturæ humanae.

DE PRECATIONE, SEV  
Inuocatione seu adoratione.

Quid est inuocatio seu adoratio? Est petere aliquid à Deo & gratias ei agere. Vtrūque enim opus aut uterq; hic cultus coniungi, & simul præstari & exerceri debet. Et hæc opera sunt præcipui & summi cultus Dei. In his enim cogitatur quis sit Deus, quomodo se patefecerit, & agnosceretur quod sit omnipotens, misericors, propicius, propen-

prop̄̄sus ad benefaciendū & iuuandū, &c.

Petere aut p̄ecari est remissionem peccatorum, gratiam, auxilium in spiritualibus & corporalibus necessitatibus, & bona tam spiritualia quām corporalia à Deo fide in bona conscientia propter Intercessorem & Mediatorem Christum expetere auctoritatem, nec dubitare, quin Deo placeant preces nostræ & sint efficaces, & exaudiantur,

Vt autem rectius informentur ea de ratione hominēs, hic teneatur ordo, ac doceantur quinque in precatione esse consideranda & ad eam necessaria.

Primum, ut cogites ante omnia, quem aliqui aut iuuocare uelis, quis sit Deus, & quomodo se patefecerit, ut tuam iuuocationem lōgissimè & in infinitū discernas ab iuuocatione Ethnicorum, Turcarum & aliarum sectarum omnīū. Sic enim scriptū est, Dominum Dēum tuum adorabis, & illum solum coles. Quapropter cor tuum aliquat̄ur & iuuocet hūc uerum Deum qui se per Christum Iesum patefecit, & testimonia de se perhibuit per miracula, resuscitationem mortuorum & alia.

Consyderādum hoc quoq; est cūm oras, quid sit Deus, aut qualis sit, uidelicet esse existentiam omnipotentem, æternam, aliam à creaturis oībus, plenā sapientiæ, bonitatis, iusticiæ, misericordiæ, ueracitati, puritati, castitati,

liberrimam : & in hac æterna essentia tres esse personas, æternum Patrem, & filium Iesum Christum, & Spiritum sanctum, easq; personas tres omnia condidisse, & hanc ueram diuinam essentiā uelle hominum misereri, sensu calamitatum eorum affici, eos exaudire & saluare propter Christum.

Hæc in omni inuocatione primum omnium sunt consyderanda. Utq; diligentius considerentur, baptismum Christi fidè intuere, ac si illo ipso tempore, quo baptizatus est, prope Iordanem stetisses apud Iohannem & alios pios, cùm trium illarū personarum discriminē est distinctè manifestatū.

Secundo loco consyderari debent præcepta Dei de inuocatione, quod serio præcipit, ut ipsum inuocemus, & quare Deus tale mandatum dederit, aut tam serio id præceperit, & id tanti faciat. Deus ipse cogit te huc, ut ipsum inuoces. Vult enim nos iuuare, & opem nobis ferre, & in periculis adesse nosq; liberare. Vultq; eo ipso agnosciri qd; & qualis sit, uidelicet, omnipotens, sapiens, beneficus, misericors &c. Hoc præcipue discitur in inuocatione Dei, atq; ideo cultum hunc magnificat, & in primis requirit. Tribuitur siquidem Deo sic summus honor, eoq; discernitur ab omnibus creaturis. Ut exciteris autem ad ardenter inuocatiōnem, aliquot scripturæ dicta quibus se in uocari

uocari Deus præcipit, in mentem subinde reuocanda sunt. Matth. 7. Petite & accipie-  
tis. Lu. 18. Parabolam recitat Christus huic  
spectante quod oporteat semper orare nec  
defatigari. Psal. 50. Inuoca me in die tribu-  
lationis & eripiā te.

Tertia consideratio est utriusq; promis-  
sionis, uidelicet gratiæ & auxilij in pericu-  
lis & difficultatibus corporalibus.

De remissione peccatorum loquuntur  
haec dicta. Iohan. 3. Sic Deus dilexit mun-  
dum, ut dederit unigenitum filium suum,  
ut omnis qui credit in eum non pereat, sed  
habeat uitam æternam. Item, Acto. 10. &  
Roman. 3.

De auxilio in corporalibus periculis lo-  
quuntur haec promissiones. Matth. 6. Quæri-  
te primum regnum Dei & iusticiam eius,  
& omnia adiicietur uobis. 1. Timoth. 4. Pic-  
tas habet promissiones præsentis & futuræ  
uitæ. Psal. 37. In tempore famis saturabuntur.

Quarta consideratio est de Fide & fidu-  
cia, qua utraq; promissio apprehenditur.  
Promissiones enim nihil prosunt illis qui  
eas fide non apprehendunt. Estq; probè &  
diligenter hic notandum, quod fides haec,  
qua remissionem peccatorum & gratiam  
accipit propter Christum, semper prælucere  
debeat. Nam ea corda quæ non habent  
peccatorum remissionem, fugiunt Deum,

110 Deprecat, & inuocat.

Qui etiam contra conscientiam peccat, & in mala conscientia & malo proposito per seuerat, non potest Deum inuocare. Sed in omni inuocatione necesse est ut sit conuersio ad Deum, & hæc fides in promissionē gratiæ. Ideo Dominus ait, Iohann. 16. Amen Amen dico uobis. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. In nomine meo, id est, in fide & fiducia Christi Mediatoris, &c.

Hinc sequuntur preces de bonis necessarijs in hac uita & in corporalibus periculis. Fides in genere statuit, inuocationem non esse irritam, nec Deo præscribit tempus aut modum, quando aut quomodo iuuare debet. Scimus enim utrumq; & quod Deus certò ecclesiam in hac uita conseruaturus sit, & quod eam uelit esse cruci subiectam.

Fides, de gratia aut remissione peccatorū & spe æternæ liberatiōis firma maneat oportet, nec uacillare debet etiā si Deus corporalē plagā nobis imminiserit, & nos hic punierit, ut corporali supplicio affectus est Latro in cruce & multi malefici, qui quamuis conuertuntur, tamen poenam illam corporalem ferre coguntur ob diuinam ordinationem. Hic regula quæ est in Iob, maneat oportet. Etiam si occiderit me sperabo in eum.

Quinta consideratio est rerum petenda  
xviii.

rum tam spiritualium quam corporalium.  
Neque enim petenda sunt quae Deus prohibuit, ut si quis peteret opem diuinam in causa iniusta. Sed omnia quae nobis sunt salutaria iuxta Dei mandata, peti a nobis possunt & debent, Ut sunt remissio peccatorum, gratia, intelligentia rerum ad salutem & cognitionem Dei necessariarum, confirmatio in fide & omnibus uirtutibus per filium Dei & Spiritum sanctum, uita eterna, consolatio in aduersis, defensio contra Dia-  
bolos, &c. Deinde omnia ad hanc uitam necessaria, ut sunt sanitas, uitæ sustentatio, sa-  
na & salutaria consilia, & in genere saluta-  
ris Ecclesiarum gubernatio, pax politica, an-  
nonæ laxitas, aut benignus frugum proues-  
tus, felix regnorum & rerum publicarum  
administratio, familie sanitas & prospe-  
ritas &c.

Hæc omnia uult apud se quæri Deus, ut  
discamus ipsum esse sapientem & benefi-  
cum, eumque ideo hæc bona donare, ut id agnoscamus. Itēque ipse solus uerè genus hu-  
manum cōseruet, & que ecclesiæ max. curam  
agit, eamque conseruaturus sit propter fili-  
um suum, eiisque affuturus auxilio, & eam de-  
fensurus per filium suum contra totum Diabolorum agmen. Summa serua inuocatio  
est summa sapientia. Multa dicit homo  
in tali consideratione. Ideoque conciona-

## 112 De precat. seu inuocat.

torum est, diligenter & saepe populum ad ardentes preces cohortari, eamq; formam quam Christus ipse praescripsit, fideliter explicare, ut suam quoq; necessitatem aut que ipsis sint opus discant ea complecti.

Ad precationem pertinet & gratiarum actionis sicuti Apostolus docet i. Thess. 5. Indefinenter orate, in omnibus gratias agite. Et Psal. 50. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te & honorificabis me.

Est ualde iniquum multa petere, nec uolle gratias agere. Excitare igitur nos ad ardorem gratiarum actionem debemus, ac scire, quod Deus requirat ut grati simus aut gratias agamus. Suntq; duæ uirtutes eximiæ ex quibus gratitudo est composita, uidelicet, ueritas & iustitia. Veritas profitetur unde sit profectum beneficium. Iusticia obligat se ad mutua officia.

In primis autem hanc ueritatem Deus a nobis requirit, ut confitemur & agnoscamus quod ipse sit is qui iuuare & liberare solus queat, ut ita eum discamus cognoscere, & sciamus eum esse sapientem & beneficū &c. utq; statuamus quod propter Christum & per illum opem nobis ferat nosq; liberet.

Et ut populus se assuefiat ad considerationem eius qui inuocandus est, & ad confederationem personarum, haec forma pre cationis

cationis aut similis potest illis proponi.

Omnipotens uere Deus, æterne & unice Pater Domini nostri Iesu Christi, unà cum filio tuo unigenito & Spiritu sancto, Creator cœli & terræ, angelorum, hominum & omnium creaturarum, qui es sapiens, bonus, iustus, uerax, purus, misericors & liber rimus, confiteor & agnosco me miserum esse peccatorem. Ac doleo ex animo, quod te offendi, sed te rogo, ut misertus mei condones mihi delicta mea & me iustifices propter dilectum filium tuum Iesum Christū, & per illum qui propter peccata nostra uictima est factus, & in cruce pro nobis crucifixus & mortuus & è mortuis resurrexit, & in æternum uiuit, quiq[ue] inenarrabili sapientia & misericordia datus est nobis & ad hoc constitutus ut sit Mediator, Reconciliator, & Intercessor pro nobis, nosterq[ue] Saluator, propter & per illum quæso me spiritu sancto omnibus temporibus sanctifices ad uitam eternam, meq[ue] regas, ut te uerum Deum rectè agnoscam, & in uera fide inuocē, utq[ue] tibi uera obedientia seruiam, nec in errores aut peccata ruam. Rogo ut & omnibus temporibus tibi in his regionibus colligas ueram & sanctā Ecclesiam, eamq[ue] clementer conserues, utq[ue] gubernationem salutarē & felicē, atq[ue] ea quibus ad sustentandam hanc uitam opus est dones, nostræq[ue] &

114 De precat, seu inuocat.

liberorum nostrorum corpora & animas  
custodias & tuearis. Hæc omnia pro tua mi-  
sericordia infinita præsta propter dilectum  
filium tuum, quem certissimum est exaudire  
nostra uota & suspiria, & pro nobis interce-  
dere. Et nos credimus, nostrā inuocationē  
propter illum tibi placere nec irritam & in-  
anem esse. Credo Domine, sed opem ferim  
beccilitati meæ, Amen.

Domine Iesu Christe, omnipotentis Dei  
fili & æterni Patris imago, Deus & homo, q  
pro nobis cruci affigi & mori uoluisti, & è  
morte rediuiuuus resurrexisti, quiq uiuis  
& regnas in omnem æternitatem, qui mis-  
sus & constitutus es, ut Mediator & Propri-  
ciatorum nostrum sis, quiq dixisti. Veni-  
te ad me Omnes qui laboratis & onerati e-  
stis, ego refocillabo uos. Quæso ut clemen-  
ter peccatis meis ignoscas, utq pro me mise-  
ro peccatore intercedas, & Spiritu sancto  
tuo ad uitam æternam sanctifices & regas,  
utq omnibus temporibus in his Regioni-  
bus tibi Ecclesiam colligas. & Magistratui  
adesse, ut bene & fœliciter gubernet & suo  
munere rectè & piè fungantur, nosq tueri  
& seruare, ne Diaboli infidijs circumuen-  
ti labamur, ut dictum est, Semen mulie-  
ris contritum caput Serpentis. Ettu Do-  
mine Iesu Christe dixisti, Nemo oues meas  
rapiet è manu mea. Amen.

O æterna

O æterne omnipotens Spiritus sancte,  
uerax, benefice, & caste, qui ab æternō  
Patre, & æterno filio procedis, quique in  
corda credentium mitteris, ut in eis lætici-  
am in Deo acquiescentem, ueram inuocati-  
onem, castitatē, omnesq; uirtutes accen-das  
& exuscites atq; opereris, sicuti Deus inq;  
Effundā super habitatores Ierusalē Spūni  
gratię & precū, oro te, ut in corde meo habi-  
tes, meumq; cor exuscitare ad uerā conuer-  
sionem, ad uerū Dei timorē, ad ueram do-  
ctrinā ac fidē, dilectionemq; Dei, atq; in his  
cor meum confirmare, ut uerum Deū, Pa-  
trē Domini nostri Iesu Christi, & filium Ie-  
sum Christum Mediatorem, & te Sp. sanctū  
uerē cognoscā, uerē colam, & uerē inuocē,  
& in Christo consolationem & spem te id  
operante habeā. Oro ut & in corde meo uē-  
ram obedientiam erga Deum, patientiam,  
castitatem, omnesq; uirtutes excites & op-  
eraris, meq; confirmes & serues contra om-  
nes diabulos, contra omnia mendacia, &  
contra omnes tentationes & instigationes  
malas, ne in errores & peccata ruam.

Oro te q; sancte æterni Patris & æterni  
Filij Spūs, ut habites in ecclesia Dei, in cor-  
dibus ministrorum uerbi, eosq; ad Dei di-  
lectionem, ad ueritatis unitatisq; studium  
excites, perq; eorum ministerium efficaci-  
ter hominum corda ad Dēum conuertas.

116 De precat, seu inuocat.

Oro ut & in cordibus politicorum Gubernatorum habites, in eisq; Dei dilectionem, iusticiæ, uirtutum, & pacis ac tranquillitatis amorem atq; studium accendas, salutaria in gubernatione consilia, fœlicemq; successum largiaris & in ijs uirtutibus eos confirmes. Hæc pro bonitate & misericordia operari dignare propter Mediatorem nostrum & Dominum Iesum Christum, Amen.

Gratiarum actio.

Omnipotens & uere Deus æterne & unicæ Pater Domini nostri Iesu Christi unà cū filio tuo unigenito & spiritu sancto tuo, cōditor cœli & terræ, Angelorum & hominū & omnium creaturarum, Sapiens, bone, iuste, uerax, caste, Misericors & liberrime: gratias ago tibi toto pectore pro omnibus beneficijs tuis quæ tot & tanta sunt ut à nullo enarrari & nunquam considerari queant. Primum autem gratias ago tibi, quod inenarrabili clementia patefecisti te hominibus & filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum Mediatorem & Saluatorem esse uoluisti, ut per eum salutem æternam consequeremur, & quod dedisti nobis uocem Euangeli, per quod tibi colligis æternam Ecclesiam & eam sanctificas spiritu sancto tuo ad salutem æternam, & q; me miserum peccatorem & indigneum

gnum ad hanc tantam gratiam tuam uocasti, & peccata mea mihi ex misericordia cōdonas propter filium tuum, & cor meum in fide per spiritum sanctum ad te flectis & das uitam, sanitatem, & omnia bona corpori necessaria: das etiam salutarem gubernationem, doctrinæ puritatem & conseruas miseros nostros liberos & familiam & domicilia. Pro his & innumerabilibus alijs beneficijs quæ miser uix animo comprehendere possum, toto pectore tibi gratias ago & summis gemitibus à te peto, ut misericordiæ tuæ recorderis propter filium tuum, ne sicut hostis & blasphemus perpetuò rejciar, sed tecum æterna læticia frui & in omnem æternitatem te prædicare & laudare possim.

### DE INVOCATIONE SANCTORUM MORTUORUM.

Licet ne inuocare sanctos uita functos?  
Recte ne faciunt qui eos inuocant? Respondeo. De mortuos istos Sanctos inuocare est manifesta, eaq; Ethnica idololatria, & peccatum horibile, estq; ueræ inuocationis obscuratio. Sic enim scriptum est Matt. 4. Domini nomen Deum tuum adorabis, & illum solum coles. His uerbis disertè & clarè Deus mandat, Deum solum esse adorandum. Et

hinc sequitur, id esse extra omnem controuersiam uerum Deum, quod Maiestas diuina præcipit adorari. Præcipit autem Deus in uerbo suo Dominum Iesum Christum adorari. Ergo uerum Deum esse cum extra omnem controuersiani est.

Vtq[ue] rectius edoceatur hac de re populus, hæc ratio addi potest. Cum res inuisibiliis inuocatur, omnipotens ea esse creditur, aut omnipotentia ei tribuitur, uidelicet quod omnium hominum corda cognita habeat & introspiciat, quodq[ue] hypocriticam inuocationem discernat à uera cordis inuocatione. Certum est autem quod solus Deus sit παντοπότερως omnipotens, quodque solus sit Cardiognostes, id est, cordium cognitor & iudex ac cogitationum atq[ue] intentionum discretor. Certum itaq[ue] & hoc est, quod solus Deus sit inuocandus.

Secunda ratio est, quod unus est Mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus, sicuti scriptum est primæ ad Timotheum secundo.

Duo autem sunt officia quæ ad Medicotoris honorem pertinent, ut sit Pontifex aut sacerdos summus, qui in sanctuarium aut Sancta ingreditur, hoc est, qui Dei arcanum consilium & uoluntatem uidet, omniumq[ue] hominum corda, uota, ac gemitus nouit & audiit. Ergo & Deus est.

Alterum

Alterum eius officium est, ut iuxta aeternum Dei consilium sit, nostrum λύτρον, nostrum ἴλασκριον, noster reconciliator, Propiciator, intercessor, aduocatus & interpellator pro nobis, ut Maiestas Diuina propter hunc Reconciliatorem, nostri misereatur, nobis sit propicia, nosque exaudiatur. Idque uerbo Dei nobis est manifestatum.

Quapropter in omnibus precibus nostris hunc unicum Mediatorem nostrum, Dominum nostrum Iesum Christum intueri, & in eum fidere, eiusque fiducia precati, nec dubitare debemus, Deum nobis esse propicium, & nostras preces exaudire uelle propter Mediatorem hunc, qui in Sancta ingreditur, Deique consilium & uoluntatem semper introspicit & nouit. Videt corda etiam nostra, auditque gemitus ac uota nostra, estque reconciliator, uidelicet Dominus noster Iesus Christus aeterni Patris Filius.

Hinc liquido patet, horrendam esse idolomaniam, alios Mediatores, uidelicet, demortuos sanctos fingere & constituerre, & per alios ad Deum accedere, Diuinaque Maiestati alium Ordinem praeformare uelle.

Tertia causa est, quod nullus cultus, nullaque inuocandi ratio in Ecclesiam inue-

120 Deinuocat. Sanct. Mort.

henda & introducenda est sine uerbo Dei. Est autem manifestum, de mortuorum Sacerdotum inuocatione nullum Dei uerbum aut exemplum in Scripturis sacris extare.

Quarta ratio est, q̄ in inuocatione fidem esse oportet, quæ uerbum Dei habeat, eoq; nitatur, & unde certò statuere queat, eum cultum Deo placere: Ea fides in inuocatiōe mortuorum Sanctorum etiam esse nequit.

Ex his omnibus manifestè patet, omnino necesse esse ut inuocatio mortuorum Sanctorum taxetur, & ut ad Christum auditores ducantur. Et quamuis nunc uaria pharmaca, Sophismata ac præstigiæ fingantur & querantur, quibus hanc idolatricam atq; Ethnicam consuetudinem stabiliant & pallient, manifestum tamen est, officium Christi per eam obscurari.

Item, si quis Sanctos illos uita functos in uocat, ut sint sibi auxilio & subueniant (:id quod fit in multis Papisticis cantionibus) is facit è sanctis ipsissima idola, sicuti Ethnici omnis generis idola seu deos multos finixerunt.

Quomodo autem de Sanctis populus rectè sit instituēdus, id eruditii Pastores nō ignorant. Alij autem edoceantur, q̄ historiæ eorum hominum, quibus se Deus patefecit & uerbum suum dedit, initiò discendæ & cognoscendæ sint. Cognoscendum

etiam

etiam quam doctrinam singulis temporibus Sancti sint professi & tutati, quo illorum testimonij confirmemur. Item quomodo Ecclesia omnibus temporibus fuerit cruci subiecta, & tamē Dei potentia, manu & prouidentia conseruata.

Et Pastores illi qui solidius docti sunt, obseruent, doceant, & admoneant alios ru diores, ne in concionibus erronei aliquid de Sanctorum inuocatione admisceant.

DE CEREMONIIS AVT TRADITIONIBUS HUMANIS IN  
ECCLESIA.

Potest ne probari quod Papæ finxerunt & fecerūt ciborum discriminem, q certis diebus mandauerunt iejunari nec carnibus uesci, quod coiugium interdixerunt, quod Monachismum instituerunt &c? Respondeo. Nullo modo probari id potest.

Est enim idolatricum quod homines extra & citra Dei uerbum doctrinas de Dei essentia & uoluntate aut cultus fingunt & excogitant. Est siquidem uerissima & notissima illa Regula Matth. 15. Frustra me co lunt docētes doctrinas præcepta hominū.

Deus ita uult agnoscī, inuocari & coli, si cuti sese pro sua immensa misericordia in verbo suo patefecit. Sed ut Satan Euam in

Paradiso à uerbo Dei abductam, & proprijs cogitationibus & speculationibus inhærentem circumuenit & præcipitauit. Sic gétes quoque postea relicto & posthabito Dei uerbo indulserunt suis de Deo speculationibus, finixeruntq; pudenda & horrenda, multosq; Deos seu Idola atque opera seu cultus ip̄si sibi elegerunt & fecerunt, ac tandem homines etiam necarunt, ut essent uitimæ.

Sic & hæretici atq; Mahomet à Satana impulsi, postposito Dei uerbo alios Deos, aliosque cultus Dei finixerunt. Et ita semper idolatria irrepit in mundum, ubi à uerbo Dei disceditur, & proprijs phantasijs, speculationibus, cogitationibus aut somnijs indulgetur.

Sic Papæ & Monachi seposito & posthabito Dei uerbo proprios & peculiares Dei cultus instituerunt, discrimin ciborum, uotum castitatis, Sanctorū inuocationem, enumerationem omnium peccatorum in Confessione auriculari, Satisfactiones canonicas aut opera illa indebita, Missam Papisticā, Monachatum & alia.

Ethis suis fictitijs operibus hāc blasphemā annexuerunt, q; ea opera mereretur remissionem peccatorū. Qua doctrina Christū suo honore palā spoliauerūt & exuerūt.

Hic error taxādus est & abijciendus, hęc

Regula

Regulae tamen & aut hæc Axiomata seruanda sunt. Qui aliud Euangeliū prædicauerit anathema sit. Itē. Deo magis obedire oportet hominibus. Debet & Confessio sequi, sicuti nec Israelitæ sustinebant Babyloniam adorare statuā idolatricam Regis, sicuti & semper uerè pijs confessionem ingenuā ediderunt, ubi impius Magistratus eos cogere uoluit, ut idolatriā aut falsam doctrinā reciperent. Sic & nos hoc tempore cōfiteri debemus, nec errores Papisticos. Interim, Anabaptistarum delyria & alias fanaticas opiniones amplecti, sed eas abominari, & purā Euangelij doctrinā constanter tueri, eisq; indiuisse adhucrere. Ac fides actionesq; nostræ uerbo Dei regantur, sicuti Propheta inquit, Lucerna pedibus meis uerbum tuū. Breuiter, Quicquid mandatur & instituitur contra Dei uerbum, omnes leges & traditiones uerbo Dei repugnantes, non potest non Deum offendere cūm impia sint.

Atq; ideo omnes, qui donū castitatis nō habent, & ad coniugium idonei sunt, cōiugium amplecti, & in castitate coniugali uitam exigere, & castitatem coniugalem servare debent. Quippe grauiter offenditur Deus libidinibus uagis & commixtioribus extra Coniugium, quas uetuit. Ipse purus est & castus, uultque nos sibi esse conformes & suo ordini, uult tenere

ac seruare nos discrimen inter pudicitiam  
& impudicitiam, castitatem & immundici-  
am, se q̄ agnosci sic, quod fit Deus purus, ca-  
stitatis amans. Et contrā uult hoc quoque  
nos scire, quod Diaboli sint immūdi & im-  
puri spiritus, q̄ impellat homines immani-  
& horrenda procacitate, petulantia & ua-  
rijs modis in omnis generis libidines ac  
incestus, ut contumelia Deum afficiant, &  
miseros homines perdant. Sciunt enim lo-  
gē grauissimas p̄cenas & corporales & æter-  
nas comitari ac manere libidinibus uagis  
indulgentes, sicuti testantur p̄cēnae Sodo-  
morum & Cananæorum.

Estq; deplorandum miserandum in mo-  
dum quod Satā miseram illam humānam  
naturam tam multipliciter ad horrendas  
propudosissimasq; libidines & turpitudi-  
nes impellit. Et magis etiam deplorandum,  
hæc peccata & flagicia confirmari, augeri,  
cumulari & crescere hoc ipso, qnōd Ponti-  
fices & Monachi coniugium prohibuerūt,  
eosq; qui coniugium non amplectentur,  
prædicauerunt singulare sanctimoniae exi-  
mia opus facere, cùm tamen aliud testetur  
apertum Dei uerbum.

Debet itaq; concedi, ut ij qui sub Papatu  
sacrificuli aut in Monasterijs fuerunt, con-  
iugium si uolunt iuxta Ecclesiæ ordinatio-  
nem, amplectantur.

De alijs etiam humanis mandatis aut traditionibus rectè edocendus pro concione est populus, ut sciant, ea opera tantum esse Dei cultus, quæ Deus mandauit, & tūc, ubi sūt ex fide in Christū. Inutiles & ociosæ istæ ceremoniæ prorsus omitti & abijci pos sunt. Sed festa Dominicalia & quædam alia, & ordinem Historiarum iuxta temporis rationem legendō, canendo, concionando, ut de Christi nativitate, Passione, Resurrectione, Ascensione in cœlos, missione Spiritus sancti, &c. seruamus, ut maneāt & sint publici & honesti cōgressus ac coetus ad cōseruandum publicum uerbi ministerium. Nam, ut suprà sēpiculè iam dictum est, uult Deus Euangelium publicè doceri. Et ipse conseruat clementer eos cœtus ideo, in quib[us] Euangelij doctrina est. Tempora autem seu horas idoneas ad eam rem permittit ordinari & constitui pro ratione locorum & hominum à Pastoribus & Ecclesia. Et hæc Ordinatio rectè intelligi debet, ne conscientijs laqueus iniiciatur, & ut tamen ministrium uerbi, & ministratio Sacramentorum, precationes publicæ & gratiarum actiones honestè *euσχημόνως* seruentur, ut que populus libéter & frequens tum adit.

**DE LIBERTATE CHRL  
STIANA,**

¶ QVID EST CHRISTI-  
stiana Libertas?

Respondeo. Christiana libertas pri-  
mum est summa illa & immensa atque in-  
effabilis gratia ac misericordia, quod citra  
ullum meritum nostrum propter Christum,  
remissionem peccatorum consequimur &  
iustificamur seu iusti sumus, hoc  
est, Deo accepti per fidem, quamuis in mi-  
sera hac uita multæ adhuc imbecillitates,  
ac sordes, peccati reliquiae nobis adhære-  
scant & multum negotij nobis faceant.

Et haec libertas hoc quoque complecti-  
tur quod Christus ipse nos ex inferis edu-  
cet, consolationem & uitam in nobis op-  
eratur, sanctumq; Spiritum suum nobis  
donat, & contra Diabolos nos tuetur, ac  
potenter mirabiliterq; nos seruat, & tan-  
dem æternæ salutis confortes nos facit, ubi  
ab omnibus peccatis, à morte, ab insi-  
dijs & tyrannide diaboli & omnibus mife-  
rijs calamitatibus atque ærumnis immu-  
nes & liberi æternam uitam & æternam iu-  
sticiam habemus. De his omnibus loqui-  
tur Dominus Iohannis octauo, ubi ait. Si  
uos filius liberauerit, uerè liberi eritis.

Huic libertatis gradui accedit hancq; co-  
mitatur & consequitur, quod credentes in  
Christum non onerari debent Legibus ce-  
remonialibus nec forensibus Mosi, nec de-  
bent

bent captiuari aut premi ceremonijs aut traditionibus humanis, aut ab hominibus constitutis. Sed sciant eas ceremonias ab hominibus inuentas & excogitas non esse cultus Dei, nec peccari ubi non seruantur, sicuti Paulus ait ad Colossem. 2. Nemo uos iudicet in cibo aut potu aut in parte diei festi, &c.

DE TRIBVS PARTIBVS  
Legis Mosaicæ.

Operæpræcium & ualde utile ac necessarium est, ut omnes piij, qui intelligen-  
tia aliqua prædicti sunt, mediocrem ali-  
quam hac de re cognitionem habeant,  
quomodo, & quas ob causas Deus Politi-  
am Israeliticam politicis suis Legibus &  
singulari quodam regimine ac gubernatione  
ad certum locum & certum ac consti-  
tutum tempus alligarit & ordinaret. Est au-  
tem hæc præcipua causa.

Hæc est Dei uoluntas pro infinita sua er-  
ga nos propensione & clementia, ut Fi-  
lium suum Iesum Christum agnosca-  
mus. Et propterea omnibus temporibus  
sibi in genere humano Ecclesiam colli-  
git. Ut autem certò constaret, in quo lo-  
co CHRISTVS debebat nasci, do-  
cere, pati, resurgere è morte ad uitam,

miracula edere ad confirmationem & testificationem doctrinæ, ideo Deus populum Israeliticum ab omnibus alijs gentibus segregauit, eiq; propriam ac singularem quādam politiæ ac regiminis formam constituit, & certam in ea tribum aut prosapiam nominatim designauit, è qua Saluator ille Messias nasci debebat. Et eam partem seu Plagam aut Regionem in terris inhabitandam dedit, quæ notissima erat, sita nimirū inter famigeratissima & maxima Regna Assyriacum, Chaldaicum, Ægyptiacum, ferè in meditullio aut umbilico terræ.

Edidit & insignia Deus semper in eo populo miracula, ut & inde certò statui posset, hanc solam doctrinam esse ueram, quæ in eo populo per Prophetas est prædicata, & quòd in eo populo filius Dei se exhibitus esset conspicendum, suaq; miracula stupenda patraturus. Eam ob causam Deus hunc populum singulari quadam regiminis aut politiæ externæ forma ab alijs gentibus separauit. Et hæc politia ab egredi ex Ægypto usq; ad Passionem & Resurrectionem Christi stetit & durauit annos 1543. Et fuit singulare & eximum Dei beneficium, quòd ita certam Scholam aut Academiam erexit, & certam sedem Ecclesiæ dedit, totq; annos ibi conseruauit, de qua certò sciri potuit, & notum fuit, esse in eo populo

populo ueritatem diuinam, & aliquot pios  
ueritatis doctores omnibus temporibus i-  
bi extitisse & inuentos esse.

Vbi autem Politia sunt, ibi necesse est e-  
tiam esse leges Ciuias de iudicijs & poenis  
atrocium delictorum, de hæreditatum di-  
stributione, de emptionibus & uenditioni  
bus, &c.

Et ut hic populus ab alijs populis & gen-  
tibus manifesto & illustri aliquo discrimi-  
ne separaretur, & distinctus esset, instituit  
& mādauit seruari in eo populo multas ce-  
remonias de discriminē ciborum, de festis  
& sacrificijs, &c.

Et cūm Messias in hoc populo nasci & se  
exhibere conspiciendum debuerit, uoluit  
eadem Ceremonias esse & figuræ typos ac  
umbras & cōmonefactiones de Messia, qua-  
lis figura & agnus Paschalis fuit. Breuiter,  
Politia fuit pulcherrima, & optimè consti-  
tuta, cuius similis in nullo Regno conspe-  
cta est.

Sed præter has Leges ceremoniales & iu-  
diciales, habuit hic populus multò utilio-  
ra, & magis necessaria præcepta Dei, quæ  
non sunt ordinationes aut constitutiones  
euaniidæ aut mutabiles, sed æterna Dei sa-  
pientia, quæ appellationem habet infirmi-  
usculam & non satis plenam, nec res quæ  
continet plenè exprimētem. Vocatur enim

Lex moralis. Et sunt decem illa, quæ vocatæ, præcepta aut Decalogus. Sunt autem ea præcepta sic intelligenda, ticuti ea Deus ipse per Christum & Prophetas atque Apostolos est interpretatus.

Huic etiam Politia & populo Israhelitico, ut multa dona dedit, utque eum beneficijs amplissimis cumulauit, ita etiam gravibus eum calamitatibus ob ingratitudinem affixit. Et quamvis pars non contemnenda eius populi intercidit & sublata est, Tribus tamen Iuda ad id usque tempus durauit, donec filius Dei & Saluator nasceretur & conspiceretur, inquit hoc populo palam doceret, & testimonio stupendorum miraculorum doctrinam suam confirmaret, ac uictima fieret, & è morte rediuiuus resurgeret, & spiritum sanctum mitteret, &c.

Cum hæc essent impleta, Deus hanc Politiam non conseruauit. Et horrendum exemplum atque commonefactionem in eo populo proposuit alijs, quomodo incredulitatem & alia peccata punire uelit, hoc ipso, quod Hierosolyma & aliae ciuitates Iudaicæ per Romanos tanta crudelitate sunt uastata & euersæ. Atque ita una cum euersione & uastatione illa conciderunt & abolitiæ etiam unæ sunt leges illæ Ceremoniales & iudiciales, quæ etiam non alio animo dæx erant, quam ut tatum ad id usque tem-

pus durarent. Nec uult Deus ullo modo, ut  
eæ leges restaurentur, sicuti quidam indo-  
cti & seditiosi homines aliquoties conati  
sunt usitatas Iuris Cæsarei leges abolere, &  
agrorum ac fundorum culturas atq; pos-  
sessiones iuxta Leges Mosaicas distribue-  
re. Vt Monetarius & Struthius falso præ-  
xu & specie Iubilæi clamabant agros deb-  
re esse liberos &c.

Et Papa etiam instar Simiæ Leuiticas ce-  
remonias imitatus est. Se fecit Aaronem,  
Discrimen ciborum mandauit. Dixit Mo-  
nachos esse Nazaræos. Vt hic, & similes  
alij errores uitentur, hic uerus & necessari-  
us intellectus, aut hæc doctrina in Ecclesiæ  
retinenda est, Leuiticas Ceremonias & Le-  
ges iudiciales in Mose, que non sunt omni-  
um hominum animis natura insitæ, abo-  
litas esse unâ cum deuastatione Hierosoly-  
morum, & quod alligati ad eas non simus.  
Id Prophetæ longè antè prædixerunt. Et A-  
postoli simul Actorum decimoquinto, se-  
uerum ea de re decretum statuerūt. Et Pau-  
lus ad Gala. & in alijs locis satis suam sen-  
tentiam disertè expressit.

Queris igitur, cum Lex Moisi sublata sit,  
cum nunc non peccant edentes carnem  
suillam, cur peccata sint ea opera quibus  
uiolatur decalogus, ut cædes, adulterium,  
furtum, periuria, &c?

Hic sciendum est, hanc doctrinam, quæ uocatur Lex Moralis, aut Decalogus, non esse mutabilem Legem ( si recte intelligatur): nec simul cum Moze cœpisse, sed est æterna & immota atq[ue] immutabilis sapientia in Deo ipso, & æterna regula iusticiæ in uoluntate ipsius, quam pro inenarrabili & immensa sua bonitate creaturæ rationali impressit & inseuit, & subinde eam in sua Ecclesia à temporibus Adæ per prædicatio[n]ē suā declarauit, exposuit & repetiuit, ut sciremus qualis ipse esset, uidelicet sapiēs, beneficus, uerax, iustus, castus, &c. & q[uod] ue[lt] ac postulet ut creatura rationalis sit ipsi conformis. Ideo hanc summam sapiētiam cum creatura rationali communicauit. Et irascitur horribiliter omnibus, qui huic suæ immutabili sapientiæ repugnant, & distruiunt eos. Et ob id est hæc sapientia & regula in Deo omnibus temporibus uerum & horrendum illud iudicium Dei contra peccata, hoc est, contra omnia illa quæ huic ordinis in Deo aut sapiētiæ diuinæ repugnat.

Cum itaque hæc Sapientia & Regula in Deo æterna fit, sequitur peccatum Deo semper & in æternum disPLICERE, omniaq[ue] quæ huic sapientiæ & regulæ repugnant, ut sunt idolatriæ, cædes, adulteria, furtæ, periuria, & similia, &c.

Et ut humanum genus hoc iudicium cō  
tra

tra peccatum sciret, & non contemneret, sed magnifaceret, ideo Deus hanc suam Sapientiam & Regulam tot & tam studiis miraculis in educatione ex Ægypto hominibus proposuit, testificans & docens se ipsum esse talē, & uelle se destruere & punire quæ huic suæ sapientiæ & uoluntati aduersantur.

Et uti artifex insignis, summam eorum decem capitibus est complexus, quæ uocamus Decalogum aut decem præcepta, quæ tamē intelligantur iuxta enarrationes Christi. Et quoties utimur uoce Decem præceptorum decalogi, aut legis moralis, loquimur de hac æterna & immutabili lege.

Quicquid igitur contra hanc æternam Dei sapientiam committitur, eo peccatur, idq; manet peccatum in omnem æternitatem, nec unquam potest Deo probari aut placere. Quod tamen Deus miseros nos homines in gratiam recipit, inde non sequitur quod peccata probet, sed iustum & ingentem suam contra peccata iram ideo in filium suum Iesum Christum deriuauit & effudit, & eius Passionem cum innocentia fuerit, Lytron & expiationem peccatorum esse, eaq; suæ iusticiæ satisfieri uoluit.

Hoc arcanum & admirandum consiliū quamuis in altera uita illa æterna apud Deum clarius, apertius & plenius ac luculentius.

tius cognoscemus: Tamen in hac quoq; uita ueluti pueri puerorum in morem incipiamus hanc diuinam doctrinam discere & conſyderare, quod probè hoc nobis infigamus & ſemper cogitemus, peccatum eſſe horrendam & terribilem deſtructio- nem: & econtrà eſſe immensam & infinitam misericordiam, quod tamen Deus nos peccatis obnoxios in gratiam recipit, & acce- ptat, ſic tamen, uti uita & magna eius ira in innocentem & dilectissimum ſuum fi- lium effundatur. De qua re loquitur Apoſtolus ubi ait, Gratia exuberat ſupra de- liſtum.

Sic liberi reddimur per filium Dei ab e- terna ira, quam hęc Lex diuina, hoc eſt, Dei ſapientia & iuſticia in nos effuderat, niſi Christus Dominus noster mediator & re- conciliator factus fuifet.

Vbi itaq; Paulus ait, nos à lege liberatos, id intelligatur de æterna poena, ubi fide in Christum remiſſionem peccatorum & gra- tiā conſeqmūr, & ipſius iuſticia induimur.

Et manet tamen nihilofecius eterna Dei ſapientia & iuſticia, cui poſtea obediēdum nobis eſt. Et filius Dei ipſe operatur in no- bis uitam, datq; ſpiritum ſuum ſanctum, ut obediētia inchoetur. Ac deſtruit Deus hoc corpus peccatis obnoxium, eo teſtificans ſi bi peccatum diſplicere, ſeipſi id certò abole- re & punire.

Vrgeane

Vrgeant itaq; & inculcent ministri uerbi diligenter pro concionibus Decalogum eumq; iuxta enarrationes Scripturæ explicent, ut è testimonij diuinis cognoscatur & discatur quæ coram Deo sint peccata & quæ è contra sint opera Deo placenta. Sed simul etiam remissio peccatorum, redemptio, gratia & salus per Christum parta, populo itidem sedulò & fideliter proponantur.

## DE CONIVGIO.

**C**Oniugiū est legitima & indissolubilis copulatio duarum personarum maris & unius fœminæ, instituta diuinitus, singulari cōsilio & expresso uerbo, quibus personis Deus commixtionem aut coniugalem benevolentiam permisit & indulgit ad propagationē generis humani & ad uitandas illicitas ac uagas libidines.

Institutum est autem hoc uitæ genus in Paradiso his uerbis, Erunt duo in carnem unam, uel una caro, hoc est, sic erunt copulati ut separari nequeāt, auerunt inseparabiliter iuncti. Sic initio statim mundi in Paradise his uerbis omnes aliaz commixtiones aut libidines extra Coniugium ueteræ sunt. Et Christus ipse hæc uerba Matthei 19. repetiuit, coniugiumq; in primum

suum ordinem & canonem aut regulam restituit & reduxit.

Omnis itaq; coimixtiones extra Coniugium seu uagæ libidines sunt peccata contra Deum, quæ Deus citra dubium puniet in hac uita aut in omnem æternitatem in ijs qui non conuertuntur, sicuti expressè testatur hæc dicta Heb. 13. Scortatores & adulteros Deus iudicabit, & 1. Cor. 6. Scortatores & Adulteri regnum Dei non hæreditabūt.

Hæc omnia Concionatores serio & dili genter populo inculcent, & omnes libidines uagas acriter taxent indeq; deterreant tam minis uerbi diuini quam citatione exemplorum, ut Dauidis, Tribus Beniamitæ, Sodomorum ac similium.

Debet & potestas politica seueritate magna cōcubinatus, seu duarum personarum siō coniugatarum cohabitationē, adulteria & alias libidines uagas punire, quod pauciores talibus libidinitibus indulgeant. Certissimum enim est ob talia peccata totas regiones puniri, ut testantur exempla Beniamitarum & Dauidis & alia omnium temporum. Qui itaq; donum castitatis non habet & extra coniugium castè uiuere & contine re nequit, is hanc obedientiam Deo debet, ut in Coniugio castè uiuat.

Estq; hic id in primis probè notandum, quod certæ leges de Coniugio non nisi in uera

uerā Ecclesia semper fuerint, ubi Coniugiū singulari Dei dono, in suo ordine conseruatū est. Apud gentes quidē nomen Coniugij mansit, horrendae tamen libidines palam sunt concessæ. Turcæ uendunt his temporibus uxores suas quando & quibus uoluerint.

Diaboli in tetras, fœdas, & detestandas libidines præcipitauerunt hæreticos & erroneis doctrinis dementatos. Quidam etiam ut specie magnæ sanctimoniacæ sese uenitarent, Coniugium dixerunt esse damnum uitæ genus, & peccari ab ijs q id amplecterentur, Ac prohibuerūt id omnibus qui sanctos se profiterentur aut esse sancti cuperent, ut Martion, Tatianus, Hierax & alij.

Martion Diacono cuidam uxorem suam abduxit, quæ post aliquot annos cum ad maritū suum rediisset, horrenda de Hæreticorum istorum libidinibus & impuritate narrauit.

Econtrà alij Hæretici, ut Carpocrates, ac similes docuerunt, uxores fuorum discipulorum debere esse communes. Quamuis autem hæ turpidudines tam fœdæ & crassæ sint, ut uideri possint odio & inuidia esse confitç, ab hominibus tamen tam ~~adfectus~~ satis, ut Clemente Alexandrino, sunt conscriptæ tam diligenter & accuratè, ut dubitandum de cius fidè non sit. Et inter Anabapti-

itas tetrica etiam libidinum genera patra ta sunt. Hæc omnia ideo sunt notanda, ut diabolorum immensam nequiciam & maliciam consideremus, utque simus prudentiores & circumspectiores, utque hoc signo cognoscamus, eas sectas quæ Coniugium contumelia afficiunt, habere cauterium dia bolis, sicuti claram scribit Paulus i. Timoth. 4. easque & alijs erroribus scatere.

Ex his liquet Papam cum suis Episcopis, Canonicis, Sacrificulis ac Monachis, alijsque eius ordinis, qui interdicunt Coniugium contra apertum Dei uerbum peccare, & libidines confirmare, angere & cumulare, ac proinde esse Dei & Ecclesiæ hostes, aliosque plures errores & idolomanias inter ipsos esse. Libidines enim plerumque puniuntur cæcitate & dementia, sicuti Roman. i. scribitur.

Nec ulla creatura potest satis expendere & comprehendere calamitatem istam maximam & horrendam & damnum gravissimum, quod attulit Coniugij prohibito, unde tot uagæ libidines subsecutæ, uera Dei inuocatio impedita, Dei cognitio extincta, & corda cæcitate percussa, & furore atque insania dementata, & multæ animarum myriades in æternum exitium ruerunt, & Dei ira totæ Regiones deletæ: est enim certissimum, horrendas & atroces i-

itas plagas, bella, uastationes, generales & uulgatas istas execrationes aut animorum dementationes, ac tenebras seu obscuratio-nes doctrinæ, clades ac calamitates libero-rum & posteritatis in orbe uagari maximè ob idolatriam, cædes, & libidines.

Atque ratio officij concionatorum hoc postulat, ut & ueram de Coniugio & de ira Dei contra libidines uagas doctrinam proponant & inculcent, atque etiam ipse orent & populum hortentur ad preces, ut nos Deus, qui amans est castitatis & puritatis, clementer pro sua misericordia regat, ac seruet, ne libidinibus prohibitis polluamur, quod cum bona conscientia inuocare possimus, & ne mentis cætitate atque furore dementemur, alijsque corporalibus poenis grauibus afficiamur. Sic enim in libro Sapientiæ capite octauo scriptum est: Et hoc ipsum est sapientiæ, scire continentiam esse Dei donum, atque eam à Deo petiui.

In Cōiugio piè uiuere est etiam castitas. Sunt & sæpe cōmonefaciendi auditores ut diligenter cogitent, cur Deus hanc uirtutem tantopere & tanta seueritate præceperit, uidelicet, ut eam uirtutē intelligamus & agnoscamus esse magnā & Deo gratissimā, atq; ita luculentū discrimē inter Deū & diabolos faciamus. Nā cū Dēū oculis corpora-

libus non contueri , nec manibus nostris  
contrectare possimus, oculis fidei nobis est  
intuendus, & cogitandum quomodo se no-  
bis patefecerit, & quomodo se in uerbo suo  
agnoscendū proposuerit, & se ab omnibus  
alijs rebus aut creaturis & maximè à diabo  
lis discernat. Est autem hoc discrimen illu-  
stre & ualde clarum, quod diaboli delectan-  
tur libidinibus, & ad libidines uagas mul-  
ta hominum millia incitant & impellunt,  
idq; faciunt odio Dei, ut Deum offendant,  
& ut miseris homines in exitium præcipi-  
tent. Contrà uero Deus est mens & essentia  
pura, munda, & casta, uultq; nos sibi confor-  
mes esse. Vult & donū castitatis largiri no-  
bis ipse, alijsq; donis castitatem ornare, id  
quod in Ioseph docuit.

Hoc discrimen in nostris precationibus  
cogitemus & expendamus, quod uerū De-  
um illum alloquamur, qui purus est & ca-  
titatem amat: cumq; discernamus ab om-  
nibus immundicijs. Et nostram etiam im-  
mundiciem tum simul agnoscamus ac de-  
ploremus. Et in hoc Confilio de creatione  
maris & fœminæ & de institutione conju-  
gij multum arcanæ & summæ sapientiæ di-  
uinæ continetur. Nam potuisset Deus alí-  
um modum inuenire, quo homines nasce-  
rentur, Sed uult in genere humano esse ec-  
clesiam. Atq; idq; duas personas primum  
creauit,

erexit, uidelicet, marem & fœminam, ut  
ardens & legitimus ueri amoris affectus in-  
tereos esset. Ac mas figura est æterni filij  
Dei, Fœmina uero figura est humanæ natu-  
ræ, quam Dei filius assumpfit. Et ardens il-  
le amoris affectus quo maritus complecti-  
tur uxorem, significat ardentissimum illū  
amoris affectum quo filius Dei humanam  
naturam & nos complectitur.

Atq; hæc ideo cogitemus ut majori ho-  
nore Coniugium afficiamus, idq; uitæ ge-  
nus statuamus esse singulare & eximium  
Dei opus, summo Dei consilio constitutū,  
utq; Dei sapientiam prædicemus. Ac tum  
etiam id genus uitæ honore afficitur, ubi  
coniuges castitatem ac fidem beneullen-  
tiamq; coniugalem seruant, mutuoq; amo-  
re sese complectuntur, & ubi ipsi Dei Eccle-  
sia aut pij sunt, quales fuerunt Adam & E-  
ua, Zacharias & Elizabeth, &c.

Quæ præterea de Coniugio tenenda  
sunt, ea ex parte aliqua postea in loco de Iu-  
risdictione Ecclesiastica indicantur.

## DE MAGISTRATV PO- litico.

Anabaptistæ dicunt, Magistratum poli-  
ticum, iudicia forensia, & legitima suppli-  
cia esse nihil aliud quam peccata, aut sine

142 De Magistratu Politico.

peccato ea administrari & fieri non posse, & piūm non posse bona conscientia Magistratum gerere, Recte ne sentiunt?

Respondeo. Hanc doctrinam Anabaptistatum certissimum est esse Diabolicū commentum & mendacium & blasphemiam contra Dei sapientiam & donum beneficiumq; eximium, seditionumq; cediu & usurcationum materiam &flammam. Diligerter itaq; edocendus est populus de utroque ministerio tam uerbi quam gubernationis politicae, eorumq; discrimine.

QVOD IGITVR EST DIS-  
crimen inter ministerium uerbi &  
Magistratum politicum?

Ministerium uerbi est mandatū expresso uerbo Dei datum, ut salutarem sacrosancti Euangeliū doctrinam annuncient, sacramenta ministrent, peccata remittant, uerbi ministros unā cum ecclesia ordinent, dilecta, uicia scelera ac flagicia omnia taxent & arguant, sed uerbo Dei duntaxat nō ui corporali. Estq; Deus per hoc ministerium efficax, dans remissionem peccatorum, spiritū sanctum, uitam, consolationem & salutem æternam.

De hoc mandato loquitur Christus Ioā. 20. Sicut misit me Pater, sic mitto uos. His uerbis clare exprimitur, primū q; ipsa Mater diuina ministerū uerbi instituerit, &

ad

## De Magistratu Politico. 143

ad id filium suum primum inaugurauerit & consecrauerit, qui Patribus & Prophetis uerbum suū manifestauit, & postea uisibilis in forma humana docuit, & Apostolos misit, mandauitq; ut omnibus temporibus ministri uerbi uocarentur. Ac semper filius Dei manet Pontifex aut summus sacerdos atq; Archiepiscopus, conseruans ministerium & per id efficax est. Ephe. 4. Seder ad dextram Dei, ut dona det hominibus, Prophetas, Apostolos, Pastores & doctores.

Secundò in uerbis Ioan. 20. iam citatis, docetur & hoc, quod diuīna Maiestas efficax per ministerium Apostolorum & omnium qui ad id uocati sunt, esse uelit, sicuti per ministerium aut conciones Christi efficax fuit.

Tertiò, est his uerbis & hoc indicatum, q; ministerium uerbi non sit potestas sacerularis aut politica, aut corporalis coactio & violentia aut uis.

Quartò, qd docere debeant qui in eo ministerio sunt, uidelicet, ea quæ Christus ipse docuit. Hęc omnia complectitur breue id dictum, Sicut misit me Pater, ita mitto uos.

Potestas politica aut Magistratus est ministerium aut munus à Deo in toto genere humano ordinatum, quod & ipse conservat, sed alio tempore firmius alio imbecillus, in magnis aut paruis turbationibus,

## 144 De Magistratu Politico.

conuulsionibus & distractionibus, ad conseruationem externæ disciplinæ iuxta omnia Dei mandata, & ad cohercendos atq; puniendos contumaces supplicijs corporalibus & gladio, per quæ Deus duo hæc prestat & efficit. Primum admonet omnes homines his poenis, se esse sapientem & iustum, & se sanguinarios aut homicidas tollere, & punire, per quos diaboli conatur totam humanam uitam conturbare.

Et duo sunt hic obseruanda. Primum, Et si sunt multæ & miserabiles atque horrendæ ataxiæ, turbæ, dissidia, distractiones & diuulsiones in toto genere humano, ite fastus, arrogantia, libidines uagæ, rapinæ, cædes, bella illegitima seu latrocinia: Natura enim hominum peccato infecta petulans, ferox, contumax & profligatæ malicie est. Hinc instigant & incitant multos homines diaboli, ut omnia uastant, faciunt ex ijs tyrannos, seditiones, homicidas &c. Hæc tam mala & uicia, scelera ac flagicia non sunt à Deo, sed à diabolo, & humana illa corrupta & peccatis obnoxia natura, qui contra Dei ordinationem pugnant aut Dei institutioni aduersantur, ut cùm multi lupi irruunt in oues, ac Pastor unà cum canibus impedit, quantum potest, ne omnes uorét, seruatq; & liberat aliquot ouiculas.

Sic quamuis ea uicia & calamitates gra-

uas

ues sint, tamen bona leges sunt ipsa Dei sa-  
pientia. Et iudicia atq[ue] p[ro]c[on]sulat[us] ac  
conseruatio & defensio generis humani q[uod]  
non deletur est Dei opus. Is est Pastor. Et a-  
liquot fideles gubernatores sunt ipsius ser-  
ui, quibus lupos arcet, ut per David arcebā-  
tur & inhibebantur Goliath, Edomitæ, Sy-  
rij, &c.

Et hoc opus Dei agnoscamus, ac scia-  
mus, quod nostrum corpus, uxor, liberi, do-  
micilium, œconomia, alimenta, ciuitas, Ec-  
clesia, Politia salua sunt, ea beneficia, eā de-  
fensionem & conseruationem esse uerissi-  
mum & certissimū Dei opus, pro quo gra-  
tias ipsi agere, eum prædicare & celebrare,  
eīq[ue] obedire debeas. Et eā maximè ob cau-  
sam maiori fide obedientia ordini Politi-  
co præstanda est, cùm Deus id testatus sit,  
leges bonas esse suam sapientiam, & iudi-  
cia ac supplicia esse sua opera, eamq[ue] esse su-  
am uoluntatem, ut eo modo regatur & gu-  
bernentur homines, utq[ue] ea eutaxia aut or-  
dinatio ea sit inter rationalem creaturam,  
uidelicet ut sint Magistratus & Subditi, &q[ue]  
nolit nos ἀτάκτους esse ac dissolutos ac ua-  
gos instar Iuporum citra ordinem uagan-  
tium.

Atq[ue] hic obseruare necesse est discriben-  
inter Dei ordinem & personas, sicuti & in  
multis alijs rebus.

Aurum & argentum sunt bonæ Dei creature, ut maximè multi auro & argento abutantur. Coniugium esse Dei ordinacionem certissimum est, quamuis multi eo uitæ genere ad comparandas opes tanquam alicupio diuinarum abutantur, &c. Sic bonæ leges, iudicia, & pœnæ legitime sunt Dei ordinatio, quamvis multi sint mali, Magistrati fungentes sua ea potestate & uitæ genere abutantur.

Nero & Caligula alijq Tyranni sunt uerissimæ Diaboli spelucæ & domicilia quantum ad ipsos attinet, sed Dei tamen opus est, quod illo tempore hoc orbis terrarum imperium constitutum fuit. Et leges bonæ, iudicia, & pœnæ legitimæ in Imperijs illis erant Dei opera. Et fuerunt aliquot gubernatores non mali, &c.

Quod uerò Nero Paulum & Timotheum, & alios pios è medio tollit, & multis horrendis ac tetris uicijs ac flagicijs madet, ea sunt opera personæ ipsius & Diabolorum in ipso: nec debent tribui ordinariæ aut legitimæ gubernationi, quæ mansit, cum iam se ipsum Nero confondisset.

Hoc discrimen personarum & diuinæ ordinationis necesse est ut hic obseruetur, quod utrumq; sciatur, tam causa magnarum perturbationum atque uastationum, quæ in

in hac uita accidentunt, quam causa defensionis ac conseruationis generis humani in tantis miserijs atque calamitatibus. Et hæc consyderatio est singularis & summa sapientia, quæ in doctrina cœlesti patefacta est. Hæc sic inter se pugnantia longè supra sapientiæ humanæ captum sunt posita, quomodo diabolis & seditionis hominibus horribiliter imperia tanto furore & indefesso molimine conuellere & euertere studenteribus, nihilo secius tamen genus humanū conseruetur.

Cum autem Ratio humana tot & tam multiplicia uitia, uastationes, bella, & conuulsiones uidet, non potest non dubitare, ubi uerbo Dei caret, aut eo nō informatur & confirmatur, cogitat̄ id quod saluū manet, citra Dei præfidiū & auxilium ita manere. Nos uero teneamus aliquot Scriptura dicta, quæ contrarium nos docent, credamusq; firmiter, Deum esse conseruatorem, Pastorem, & Tutorem, ac propugnatorem esse, ubi residui manent homines in uita ciuili, habentes iustas Leges, iudicia, & poenas legitimas, disciplinam, Ecclesiam: & hæc dona, quantum eorum reliquum est, esse uerè Dei opera & dona, ut maximè iuxta externam speciem, eutaxiæ, aubone illæ ordinationes multò videātur minorē, quam illæ conuulsiones & uastationes,

## 148 De Magistratu Politico.

Sed nos Dei præsentiam è uerbo ipsius cognoscamus.

Et hic articulus præcipuè multis tractatus & declaratus est per Apostolum Paulū Roman. 13. Vbi testatur bonas leges, iudicia & poenas legitimas esse Dei sapientiam & opera. Quia eo in loco munus Magistratus Politici expressè uocat Dei Ordinationem, & ipsam gubernationem uocat Dei ministram, docetq; ipsum ministerium, quām diu durat, esse à Deo ordinatum. 2. Paral. 20. Non hominis exerceatis iudicium, sed Domini. Daniel. 2. Deus transfert regna & constituit. Psal. 127. Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam.

Proverb. 16. Libra & pondus iudicia, id est, ordinationes Dei bonæ sunt.

His ac similibus dictis fidem confirmemus, ut sciamus Deum esse conseruatorem bene constitutarum Politiarum, utq; ab eo gubernationem felicem & salutarem petamus, utq; in omnibus functionibus ipsaque obedientia eò demissiores, diligentiores, atq; uigilantiores simus.

Ex his omnibus clarè liquet, Politicam gubernationem aut regimen istud Magistratus esse opus Dei bonum. Est enim à Deo ordinatum & mandatū. Possunt itaq; pīj conscientia id munus obire. Imò onera &

& labores quos coguntur suscipere graues  
in ea functione, sunt eximij Dei cultus, si  
cor fide est prædicum, sicut gloriam Dei in  
eo munere querit, & hoc dirigit suum mi-  
nisterium, ut Deus celebretur, uti fecerunt  
Dauid, Ezechias, Josias, &c.

¶ QVÆ OPERA SVNT PRÆ-  
cipua Magistratus opera à Deo ipſi  
mandata? Respondeo.

Quamvis politicus Magistratus ipſe ha-  
beat leges & rationem, quomodo munus  
suum administrare debeat, in genere tamē  
indicandum est, quæ opera præcipue ipſi  
Deus mandauerit.

Primum opus eius est, ut sit custos totius  
æternæ legis Dei, quæ moralis vocatur aut  
Decalogus ad conseruationem disciplinæ  
externæ. Et ipſe Magistratus huic legi diui-  
næ se subiiciat oportet, & præ omnibus a-  
lijs operibus ad hoc est institutus, ut eam  
Dei sapientiam atq; iusticiam hominibus  
proponat, ac eam cognoscere cogat. Esa. 3.  
Deus ad iudiciū suum adducet Principes.

Secundum opus est ut exequatur & cor-  
poralibus penitentiis afficiat omnes qui exter-  
nis operibus eam legem uiolat Rom. 13. Ad  
hoc gladium gestat. Sciunt autem & gentes q;  
pacis causa necesse fit iniustos, homicidas,  
fures, prædones, ac similes punire, & extant

leges Ethnicorum quibus constituitur qui  
bus pœnis afficiendi sint, quæ non ignotæ  
sunt, sed ea particula tantummodo aliqua  
eius functionis est. Nam politicus Magistra  
tus hunc cultum Deo debet, ut totius legis  
diuinæ sit custos, hoc est, ut primum omni  
um externas & notas idolatrias, incantati  
ones, periuria, blasphemias, manifestas ha  
reses uentent, aboleant & puniant, & econ  
tra ueram de Deo doctrinam populo pro  
poni curent eamq; cōseruare studeant. Deu  
tero. 27. Aras eorum subuerte & confringi  
te statuas lucosq; succidite & sculptilia. Le  
uit. 24. Qui blasphemauerit nomen Domi  
ni morte moriatur.

Atq; ideo Magistratui mandatum est, ut  
ueram Dei cognitionem & ueram inuoca  
tionem discat. Psalm. 2. Et nunc reges intel  
ligite, & erudimini qui iudicatis terram.  
Osculamini filium, &c.

Hinc & pœna contumaces & uiolatores  
diuinorum præceptorum comitari debet.  
Breuiter, Magistratus officium requirit, ut  
utramque tabulam Decalogi ad gloriam  
Dei & ad conseruationem externæ discipli  
næ tueatur seuera executione. Et ut exequi  
ac punire contumaces possit, dedit Deus  
Magistratui potentiam, opes & arma, man  
datq; subditis obedientiam, quò disciplina  
& pax conseruetur. Et Deus ipse est hicau  
torator

tocrator aut Imperator summus, aut Dux supremus, ac defensor potentissimus, sed utitur opera fidelium gubernatorum tanquam instrumento. Sic enim decreuit non sine Medijs genus humanum regere, & hominem hinc opera uti, ut ipsum agnoscere discamus, cumque colamus.

Tertium opus est, quod superior Magistratus potest in corporalibus aut mundanis negotijs & causis positivis leges condere, modo non repugnant Legibus diuinis, sed ad id profint ut Leges diuinæ convergentur. Exempli causa. Deus uetus furari. Hic Magistratus & potest & debet ex rationis iudicio & prudentia constituerre & sancire quæ fundorum ratio esse, quæque in his iure dominij aut proprij possideri, quæque ut feuda, ut uocat, teneri debeant.

In hunc usum habent Magistratus suas scriptas leges aut Iuris sui libros. Sic Romanum Imperium habet ius Ciuile aut Caesarium ut uocant.

Ac uerum est Magistratū posse leges congruentes legi naturali, idoneas & utiles gubernationi ac tranquillitati condere. Sed nec idola erigendi (ut fecit Nebucadnezar) nec proprium aut singulare aliquod nouum doctrinæ genus aut Interim, aut cultus peculiares extra & citra Dei uerbum fingenendi atque instituendi potestatem ullam habet.

152 De Magistratu Politiō.

Nam ubi id faciunt, falceem suam in messem alienam mittunt, & sui munieris limites longissimè excedunt.

Quatum opus est ut bona fide exequantur etiam illas suas leges de ciuilibus negotijs quas decalogo aut legibus naturæ addiderunt. Leges enim sine execuzione, sine iudicijs, sine seueritate, sine poenis contra contumaces deridiculo sunt, & pro delectamēto habentur. Vult Deus Magistratum zelo quodam & ira accensum esse contra contumaciam, peccantiam aliaq[ue] uicia ac flagitia. Et uerissimum est dictum illud uetus, Nulla est utilitas ciuitatis quæ non habet neruoscōtra iniusta faciētes: Æschines. δυστεγος οφελος, οτις μηνεργα τωι τους αδικουντας εχει.

Vitam etiam sic instituat & exigat Magistratus, ut sit cōformis præceptis Dei & legibus alijs, quæ ordinaria autoritate, disciplinæ, honestatis & pacis causa sunt conditæ, & decalogo additæ, ut sint determinationes certarum circumstantiarum.

Cūm autem dictum est de officio & operibus Magistratus ciuilis, tunc est populo & hæc regula Pauli proponenda & inculcanda, quod Subditi potestati suæ obedientiā debeant, sic, ut inobedientia peccent contra Deum & conscientias polluant.

Hoc uinculo Deus politicam gubernationem

tionem & Magistratus munit & confirmat ac seruat. Hinc omnes Dei timentes homines ultro Magistratui obedientiam præstare ob Dei mandatum. Ac minatur impijs quod contumaces sit punitus, et ieiunus & deleretus. Nam ubi Spiritus sanctus dicit, quod Inobedientia aut contumacia polluit conscientiam, ibi hoc uult intelligi, quod uero irascatur & offendatur ea inobedientia, quodque aeternis poenis sit contumaces affec- turus si non conuertuntur.

Et Christus ipse hanc Regulam tradidit de poena corporali tam contra Tyrannos quam contra seditiosos, ubi dixit: Qui gladium acceperit, gladio peribit, hoc est, qui ipse gladium sumit, aut eo utitur extra Dei mandatum aut institutionem, ut faciunt Tyranni, qui innocentes contra leges diuinæ è mediò tollunt, aut ut faciunt seditio- si, qui debitam obedientiam non præstare sustinent. Hi in hac quoque uita temporali puniuntur & delentur.

Hæc Isagoge seu compendiosa doctrinæ capitum præcipuorum explicatio, ideo addita hic est, ut Ordinandi atque alij sciant in quibus examinandi sint, aut quæ tene- re debeant, & de quibus præcipue in Exa- mine sit futura exploratio, utque uerbi mi- nistri & se & auditores assuefaciant, doctrinam pietatis in summam aut certa capita

## 154 De Magistratu Politico.

contrahere eaq; capita s̄ep̄e & diligenter a-  
pud se expendere & meditari.

Doctrina enim Religionis nostræ summa est sapientia, quam nulla creatura ex-  
haurire potest. Eaq; nobis in altera uita in  
æterna illa diuinæ Maiestatis contempla-  
tione discenda est. Vult sic tamen Deus sibi  
colligere ecclesiam nec aliter, ut in hac uita  
misera, imbecilli, caduca & fluxa initium  
huius sapientiae in nobis per Dei gratiam  
luceat.

Ad eam rem in primis & maximè necel-  
se est, ut uerbum Dei diligenter audiamus,  
legamus & meditemur. Hæc unica est me-  
thodus & uia sola ad Deum ritè cognoscen-  
dum, probè & rectè uerbum Dei discere ac  
tenere.

Nec unquam aliam doctrinam recipie-  
mus aut proponemus, quam solam & uni-  
cam illam æternam, quam Deus suæ Eccle-  
sie per filium suum unigenitum reuelauit,  
quæ in Propheticis & Apostolicis scriptis  
continetur, & in eo sensu atq; intellectu, qui  
in tribus illis Symbolis Apostolico, Nicæno  
& Athanasij exprimitur: Quibus astipulan-  
tur & assentiuntur Lutheri Catechesis, &  
Confessio Cæsari Augustæ Anno 1530 ex-  
hibita: ut & haec eadem doctrina per Dei  
gratiam concorditer & unanimiter in Ec-  
clesijs Saxonicijs, Lubecæ, Hamburgi, Luno-  
burgi

burgi & alijs docetur, cum quibus ad gloriam Dei & multorum hominum salutem consensum, unitatem, & concordiam servare actuere cupimus. Ac precamur Domini num nostrum Iesum Christum, ut clementer nos gubernet, quod unum sumus in ipso, ad Dei gloriam, & aeternam nostram sa-

lutem, sicuti ipse in Agone suo pro nobis precatus est,

A M E N.

DEO LAVS ET GLORIA  
in secula.

# Secunda pars,

## DE CONSERVATIO NE MINISTERII EV- ANGELICI.



A est generis humani  
miseria, & corruptio,  
& ob depravationem  
eam in mente caligo  
ac stupiditas, ut altum  
& summū diuinæ Ma-  
iestatis consilium ne-  
queamus assequi, quo  
modo hominem Deus considerit, suaq; lu-  
ce, sapientia ac iusticia eum tam copiosè au-  
xerit & ornarit, & deinde post lapsum pro-  
pter filium suum nostri misertus in grati-  
am nos receperit, filiumq; Mediatorem pro  
nobis constituerit, perq; eum filium suum  
nobis suam sapientiam, iusticiam, & æter-  
nam uitam donet.

Quamuis autem lögè hæc sint supra in-  
genij & intelligentiæ humanæ captum, cor-  
de tamen & fide diuinæ patefactiones in-  
tueamur, quibus Deus seipsum omnibus  
temporibus

temporibus manifestauit generi humano, ut cum cognoscamus, & ut sciamus, quod sibi æternam Ecclesiam in genere humano colligat, utq; uera animi submissione atq; humilitate gratias ipsi agamus pro omnibus patefactionibus, ut quod statim post lapsum in gratiam recepit Adamum & Euam, & quod postea Noe, Abrahæ, Mosi, Iosuæ & alijs Prophetis testimonia perhibuit & sic eorum doctrinam confirmauit, & q; filium suum Iesum Christum misit, q; mortuos in uitam reuocauit, &c. & quod postea per Apostolos in orbem terrarum ablegatos miracula stupenda edidit & Euangelij doctrinam spargi & propagari uoluit.

Hæc omnia ordine consideranda sunt & fides ijs testimonij confirmanda est, De usq; orandus, ut menti nostræ illucescat, ut cognitio Dei subinde in nobis crescat & augeatur, ut Legē & Euāgelium rectius & plenius intelligamus, ardentiusq; eum inuocemus & glorificemus.

Evidem non infior quod Deus hominem etiam sine medijs ad se conuertere, & statim in uitam æternā uisibiliter restituere, & alios homines creare potuisset. Sed æterno suo confilio decreuit eo modo æternam Ecclesiam sibi colligere per uerbum q; operari & efficax esse uult. Vulthomines ad æternam salutem electos ex hac misera,

erumnosa & imbecilli natura nasci, uult in  
hac uita temporali ad Dei cognitionem uo-  
cari & conuerti. Hæc omnia ita Deus decre-  
uit & ita manifestauit. Idq; pia confyderati-  
one in animum reuocandum & creden-  
dum est.

Cùm itaq; Ecclesiam suam Deus uerbo  
colligere uelit, idè & personas ad eam ré  
idoneas dedit & ordinauit, qui ministerio  
uerbi fungantur. Primus autem Conciona-  
tor fuit filius Dei in Paradiso, per quem A-  
dam & Eua è morte liberati & in gratiam  
Dei recepti sunt. Hic primum admiranda  
promissio ex arcano Dei consilio est reue-  
lata, quod Semen Mulieris esset contritu-  
rum caput Serpentis, qua promissione Ec-  
clesia omnibus temporibus exedificata est.  
De hoc primo Euangelij doctore ac præco-  
ne sic ait Iohannes: Filius qui est in sinu Pa-  
tris ipse enarrauit nobis.

Et hic Dei filius omnibus temporibus mi-  
nisterium conseruat potéter contra Diabo-  
los, tyrános & hereticos. Et ut maximè infir-  
mum & arctum angustumq; aliquando si-  
at, tamen id restaurat & restituit. Sic om-  
nibus temporibus misit Prophetas. Ipse de-  
inde homo factus in terris uisibiliter ob-  
ambulans docuit, & testimonium perhibu-  
it, mortuos excitauit, & ipse è morte resur-  
rexit sibi ipsi uitam restituens, multosque  
homines

homines alios in uitam secum reuocauit,  
Apostolos in orbem terrarum ablegauit,  
addito disertè mandato: Sicut misit me Pa-  
ter, ita & ego mitto uos.

Et Apostoli deinde eo modo mandata  
dederūt, ut uerbi diuinī doctores aut Pasto-  
res Ecclesiarum, unā cum Ecclesia alijs ido-  
neis personis ministeriū uerbi committe-  
rent, sicut Paulus præcipit Timotheo, 2. ca-  
2. inquiens. Fortis esto in gratia quæ est per  
Christum Iesum & in his quæ audisti à me  
per multos testes. Hæc commenda fidelib-  
us hominibus qui erunt idonei ut alios  
quoq; doceant. Et ad Titum scribit quod &  
huius rei gratia ipsum reliquerit in Creta,  
ut constitueret oppidatim presbyteros, si-  
cūt ordinarat.

Sic immensa & inexhausta Dei miseri-  
cordia ob & iuxta diuinam hanc ordina-  
tionem ac potentiam, manet ministerium  
uerbi omnibus sæculis, sicuti Deus ipse a-  
it, Esa. 51. Pono uerba mea in ore tuo, & um-  
bra manus meæ protego te, ut plantes mi-  
hi ccelos, id est, ut mihi æternam Ecclesiam  
colligas, qua cœlum repleatur instar amœ-  
nissimi horti suauissimis plantulis ornati  
ac fragrantis.

Et Christus ipse est omnib. sæculis huius  
ministerij conseruator efficacissime eo ope-  
rans, ut multi ex genere humano ad Deum

conuertantur & illuminentur, utq; in ipsis  
 æterna uita & iusticia inchoetur, sicuti cla-  
 rè testatur Apostolus Ephe. 4. ubi ait: Qui  
 descendit, idem ille est, qui etiam ascendit  
 supra omnes cœlos ut impleret omnia. Et  
 idem dedit Apostolos, Prophetas, Euangeli-  
 stas, Pastores ac doctores ad instaurationē  
 Sanctorum in opus administrationis, &c.

Certissimum itaq; est, conseruationem  
 & efficaciam ministerij Evangelici non es-  
 se humanarum uirium aut opus humanū,  
 sed opus Christi Domini nostri. Sed utitur  
 ad eam rem opera certarum personarum  
 aut hominum in hac uita. Et quosdam ipse  
 uocat immediate, ut Prophetas & Apo-  
 stolos, ut & Paulū immediate uocauit, quosdā  
 uero uocat mediata per membra Ecclesiæ.  
 Et uult ut hic nos quoq; obedientiam præ-  
 stemus, & ut omnibus temporibus Ecclesia  
 idoneas personas quærat & eligat, quibus  
 exploratis ministerium per precationem  
 commendetur. Est & efficax Christus per  
 ministerium uerbi & Sacra menta, etiam si  
 persona non immediata sed per Ecclesiæ  
 membra uocetur.

Estq; diligenter & lepe admonendus po-  
 pulus, ut hanc Dei ordinationem seu insi-  
 tutionem ac donum pro dignitate & ma-  
 gnitudine sua discant æstimare & magni-  
 facere, utq; Deo & Christo Domino gratias  
 agant,

agent quod ita ministerium uerbi conservat, & per id efficax est, quod inter & apud nos & in nobis habitat, nos iuuat, nobis ad est, nos exaudit, & nos aeternae salutis haere des facit. Debemus amare etiam ac uenerari ministerium & fideles uerbi ministros. Orandum etiam est ardenter, ne patiatur Ecclesiam turbari, labefactari ac uastari a Diabolis, Turcis, Tyrannis, Pontificibus, falsis doctoribus: & ut idoneas personas donet, illosque & nos spiritu suo sancto regat & gubernet. Salutaris enim Ecclesiæ gubernatio profectò non est opus humanæ sapientiæ aut potentiaæ, (ut multi insulti ac fatui Reformatores opinantur) sed est Christi Domini opus, sicuti ipse testatur inquiens Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed haec nobis hic obedientia praestanda est, ut fideles & idoneas ad id ministerium personas inquiramus & eligamus.

Principio itaque uolumus ac mandamus serio, ne in ministerium irruptant homines non vocati & nondum explorati. Nec hic potest nobis obijci, nos traditionibus aut mandatis humanis Ecclesiam onerare. Est enim certissimum, Vocationem, item Examen seu Explorationem, & Testificationem seu renunciationem publicam in Ecclesia, ac precationem, esse Dei ordinatio nes. Estque consolatoriū quod scimus Chri-

stum ita Ministerium per hāc uocationem  
 Vide Euse. conseruare uelle. Ac statim ab Apostolorū  
 lib. 10. ca. 6. temporibus is mos seruatus est. Sic enim  
 de Synodo statuit Concilium Nicænum, ut Ecclesia e-  
 Nicæna, in ligat, & ut Episcopus electioni adhi-  
 quia statutū beatur.

4. sic habet: Et hæc doctrina pertinet ad Articulum  
 Episcopus symboli, Credo sanctam Ecclesiam Catho-  
 (si fieri pōt) licam, id est, Credo Christum uerè esse effi-  
 à totius pro cacem ubi Euangeliū purè docetur & fi-  
 uinciae epi- de apprehenditur, & ubi legitimus est Sa-  
 scopis ordi cramentorum usus. Dicitur hoc loco de Ec-  
 netur. Si clesia omnium temporum, quæ uerbi mi-  
 hoc diffici- nistros habet, iuxta mandatum Apostolo-  
 lē est, certè rum per Ecclesiæ membra uocatos & Mi-  
 non minus nisterio præfectos. Non nisi unum est Eu-  
 quām à tri angelum aut una & eadem uerbi & pro-  
 bus, ita ta- missionis diuinæ doctrina, si recte doce-  
 men ut Me tur, siue eam doceat Esaias, siue Iohannes, si  
 tropolitani ue Polycarpus, qui post Iohannem ad mini-  
 episcopima sterium per Ecclesiam uocatus est. Qui hæc  
 ximē uel Vocationē & electionem reiectis pugnat  
 præsentia contra hunc Symboli articulū, Credo san-  
 uel autorita- ctam Ecclesiam Catholicam.

tas habeat Nulli quidem ius uocandi, aut ius Patro-  
 tur. Absq; q natus, ut uocat, si quod à Maioribus suis ad  
 ordinatio- ipsum deuenit, creptum cupimus, nulli su-  
 nem irritā um hic priuilegium imminuere & labefac-  
 esse uolue- stare studemus, sed hoc tamen etiam atque  
 runt. etiam monemus omnes, ut ad summum  
 hoc

hoc & sacrosanctum Ministerium ( propter quod filius Dei sanguinem suum profudit ) idoneos, quantum fieri potest, querant & praesentent, uidelicet viros Dei timentes, qui publicis offendiculis Ecclesiam non polluunt, quiq[ue] mediocriter doctrinam Ecclesiae tenent, & qui puram Evangelij doctrinam profitentur, nec falsa dogmata, cum Confessione doctrinæ nostræ pugnantia, admiscent, Ecclesias nostras turbant, ac schismata excitant.

Tertiò. Qui ad ministerium uocatus est, Superintendenti, ubi Ordinatio in uincis ciuitatibus fieri solita est, praesenteretur & offeratur. Praesentatus autem non temere admittatur, nisi exhibeat testimonia idonea de uocatione sui, & de moribus & vita quomodo eam rexerit. Nam Papistica illa consuetudo, quod Episcopi personæ non ad ministerium uerbi, sed ad Missas istas suas idolatricas celebrandas inauguant & inungunt, causa est multorum grauissimorum errorum & idolomaniarum.

Quartò. Qui testimonia fide digna de Vocatione & moribus suis affert, à Superintendentे eius ciuitatis & alijs aliquot Concionatoribus simul adiunctis, ordine & modestè ac sedatè examinetur in præcipuis doctrinæ Christianæ articulis,

Sicq; Examinatores deprehendunt ipsum mediocriter doctrinam Christianam tene re, nec falso aliquo dogmate infectum esse, ad Ordinationem admittatur. Si nerd audi unt eum esse parum idoneum, aut in do ctrina reprehensibilem & non æternaλyʃor, nullo modo ordinetur, sed suam senten tiam ac iudicium ipsi prout res postulat, a periant, ac deliberent an possit adhuc doce ri & informari, aut an protinus & planè sit rejciendus.

Quintò. Qui dignus iudicatus fuerit, is diligenter admoneatur, ut præcipue hæc duo probè consideret, uidelicet, primum quod hoc munus sit Ministerium, in quo Christus ipse efficax sit, & quo æternam Ec clefiam sibi colligat. Deinde quod ad eam rem sapientia & vires humanæ non suffi ciant, sed, uti Paulus ait 2. Corinth. 3. quod ināvōlūs nostra, si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo sit. Sed postulat tamen Deus nihiloseius ut fideles ministri simus, si cuti & idem Apostolus ait, Hoc requiritur ut fideles simus. Fidelitas autem aut fides hoc loco complectitur, primum, ut probè ueram doctrinam discamus. Nam qui se Medicum profitetur, nō tenens tamen me dicādi artem, fidelis non est, sed impostor. Alterum quod fides requirit est, ut constan ter ueram doctrinam profiteamur. Tertiū est,

est, ut diligenter & sedulo obeamus ministerij nostri munia &c. & ut honestam atq[ue] inculpatam uitam exigamus.

Vbi de his admonitus est, petatur ab Ordinando pia h[oc] promissio, ut recipiat, q[uod] sa cro sanctum id ministerium cum timore Dei, in fide & inuocatione Dei obire, inculpatè uiuere, & bona fide ac diligenter docere uelit. Deinde quod in sinceritate & puritate sanæ eius doctrinæ, quam in Examine est professus, & quæ Dei beneficio in his ecclesijs uno cōsensu prædicatur, per Dei gratiam constanter perseuerare & in ministerio demandato fidem & diligentiam præstare uelit.

Hæc promittat Ordinandus ac dicat, se per Dei gratiam ea, bona fide facturum & seruaturum.

Et ut Ordinandi sciant quando examini se se subiçere & Ordinationē acceptare debeant, uolumus, quoties Ordinandi adfunt Ordinationem petentes, ut in eadem Hebdomade qua ueniunt aut sequente examinentur, si id expetunt, & ut die Dominicæ à concione, si idonei sunt, publicè ordinentur, nec sumptibus magnis Ordinationis procrastinatione grauentur.

Si uero nonnullos infirmiores, qui non probè tenent quæ scire debebant, plenioro institutione informandos duxerint, diffe-

ratur ordinatio in unam atq; alteram septimanam aut tres ac plures si opus iudicauerint. Hoc Patroni perpendentes miseris illis quos præsentant, sumptus largiores suppeditent. Sacrosanctum enim hoc Ministerium certè nō temerè capeſſendum, nec cuiuis, & ijs qui nō satis explorati sunt aut parum idonei imponendum, sed modesta hīc ſeueritate ac grauitate statim initio utendum eſt.

Ordinandus autem paret ſe ad Precationem & Sumptionem Cœnæ Domini. Forma Ordinationis ea ſeruari debet, quam Reuerendus Vir sanctæ memoriae D. Martinus Lutherus præscripsit, quæ conſtat lectione, precatione, manuum impositione, & Ministerij commendatione. Præter haſ nullæ Ceremoniæ aut obligationes addantur. Siquidem ordinatio hæc publica eſt testificatio coram ecclesia, hanc personam eſſe uocatam, & quod mandatum habeat docendi Euangelium & Sacra menta ministrandi. Omnipotens etiam decet initio huius maxi mi Operis & sacrosancti Muneris in tota eccllesia aut congregatione Deum inuocare, & ei personam illam precibus commendare & ardenter petere ut ministerium conſeruet & Ecclesiæ curam agat eamq; tueatur. Hunc morem ſeruauerunt & Apostoli. Nec dubium, quin eo uſi ſint & Patres ueſtigio-

uetustiores . Pontificij Romani nouas easque parum probandas ceremonias atque obligationes adiecerunt , & annexuerunt , quas in Ecclesijs nostris plane abolitas uolumus.

FORMA ORDINATIONIS A  
Reuerendo Viro D.Mart.Luther  
thero præscripta.

Primò canatur , Veni Sancte Spiritus.  
Hinc legatur Collecta , quam sic uocant.  
Mox legat Superintendens uerba ex Epistola priore ad Timotheum , cap. 3.

Certus sermo est , si quis Episcopi munus desiderat , bonum opus desiderat . Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse , unius uxoris virum , sobrium , modestum , bene moratum , hospitalem , idoneum ad docendum , non uinolentum , non percussorem , non turpis lucri cupidum , sed æquum , non pugnacem , non auarum , suæ domui bene præsidentem , filios habentem subditos cum omni grauitate . Si quis autem domui suæ præesse nescit , quomodo Ecclesiæ Dei curam habebit ? Non neophytum , ne in superbiam elatus , in iudicium incidat Diaboli . Oportet autem & illū testimonium habere bonum , ab his qui fides sunt , ut non in opprobrium incidat & in laqueum Diaboli .

Et Actorum 20.

Cauete uobis & uniuerso gregi, in quo  
uos spiritus sanctus posuit Episcopos, reges  
re Ecclesiam Dei, quam acquisiuit San-  
guine suo. Ego scio, quod post discessione  
meam lupi rapaces in uos irruent, non par-  
centes gregi. Et ex uobis ipsis surgent uiri  
loquentes peruersa, ut abducant discipu-  
los post se. Propter quod uigilate, memoria  
retinentes, quod per trienium nocte & die  
non cessauit cum lachrymis monere unum  
quemque uestrum. Postea dicat Superintendens.

Hic auditis, nobis Episcopis, hoc est, uer-  
bi ministris & Pastoribus non cõmitti an-  
serum aut uaccarum curam, sed Ecclesiæ,  
quam Deus proprio suo sanguine acquisi-  
uit, ut eam pascamus salutaribus ac puris  
uerbi diuini pascuis, & ut uigilemus atten-  
damusque ne lupi aut Sectarij hæretici & fa-  
natici ouibus mixti, eas laedant, rapiant, &  
perdant. Atque ideo uocatur opus præclarum  
aut bonum.

Audimus etiam hic quomodo mores  
regere, quod castè & incipiatis uiuere, fami-  
liam nostram, uxorē, liberos, famulicium  
ad pietatis studium assuefacere & in eo con-  
tinere ac gubernare debeamus.

Hinc Ordinandum his uerbis affetur.

Si bona fide haec quæ munera Ecclesia-  
stici sunt, præstare uis? dic. Ita.

Vbi

Vbi ea uoce uisus est, ibi Superintendens & alij uerbi Ministri qui adsunt, impo-  
nant manus capiti Ordinandi. Deinde di-  
cat Superintendens.

Oremus. Pater noster qui es in cœlis, &c.  
Orationi Dominicæ adiiciat & sequentem  
precationem.

Misericors Deus, Pater cœlestis, q per os  
dilecti filij tui Dñi nostri Iesu Christi dixi-  
sti, Messis est copiosa sed operarij pauci, Ro-  
gate Dominū Messis ut operarios mittat in  
messem suam. Iuxta tuū hoc mandatum &  
diuina promissione fisi, toto pectore roga-  
mus, ut huic tuo Ministro & nobis, alijsqz  
omnibus, qui ad docendi munus uocati  
sunt, Spiritum sanctum tuum copiose do-  
nes, ut multa uirtute tui Euāgelistæ simus,  
ut fideles & cōstantes maneamus cōtra Dia-  
bolum, Mundum & carnem, quò nomē tu-  
um sanctificetur, regnum tuum adueniat,  
& uoluntas tua fiat. Rogamus etiam ut hor-  
rendum Bdelygma aut detestandas abomi-  
nationes atqz idolomanias Papæ & Turcæ  
aliasqz sectas & hæreses, quibus nomen tu-  
um contumelia afficitur, & regnum tuum  
uaestatur, & tuæ uoluntati repugnant, tan-  
dem compescas & aboleas. Hanc nostram  
precationem digneris clementer exaudi-  
re, & cùm nos iusserris & docueris orare ac  
promiseris te exauditurum, non dubita-

mus, sed credimus & confidimus te no-  
stras preces audire per & propter dilectum  
filium tuum Dominum nostrum Iesum  
Christum, qui tecum & cum Spiritu sancto  
uiuit & regnat in saecula, Amen.

Absoluta hac precatione dicat ad Ordina-  
natos. Ite nunc & pascite gregem Christi  
qui uobis est commendatus curam illius  
agentes, non coacte sed uolentes, non turpi-  
ter lucrum affectantes, sed propenso ani-  
mo, neq; ceu Dominium exercentes aduer-  
sus clerros, id est, hæreditatem seu populum  
Dei, sed sic ut sitis exemplaria gregis. Et cu  
apparuerit ille Pastorum Princeps reporta  
bitis immarcessibilem glorię coronam. Be-  
nedicat uobis Dominus, ut faciatis fructū  
multum. Ordinati mensam Domini post  
ordinationem accedant.

Sunt & danda ordinatis testimonia uel  
scripta uel typis excusa cum subscriptione  
Superintendentis & aliquot aliorum ui-  
rorum, qui affuerunt, ut ijs probent se ad  
docendum admissos nec falsos doctores  
esse.

### DE IVRISDICTIONE Ecclesiastica.

Vtrumque tenendum est, & quod mag-  
num sit atque ingens discrimin inter iu-  
risdictionem ac poenam ciuilis Magistratus,  
iurif.

iurisdictionemque ac proenias Ecclesiasticas, & quod nihilo secius Ecclesia habeat suas proenias & disciplinam, aut quod in Ecclesia opus sit disciplina aliqua, sicuti Christus ipse Matth. 18. talem iurisdictionem aut disciplinam ipse constituit. Nec dubium est quin ante in Ecclesia Patrum fuerit eiusmodi aliqua iurisdictione ac disciplina.

Principue autem ad Iurisdictione Ecclesiastica pertinet duplicitis generis causae aut casus, primum ut dissidia aut controversiae de doctrina componantur, deinde ut pronuncietur aut statuatur, quomodo sint cohercendi ij qui manifestis delictis & offendiculis ecclesiam polluunt, nec admonti resplicant. De tali Iurisdictione loquitur Apostolus in Corinthijs.

Postea & Episcopi quosdam casus matrimoniales huic Iurisdictioni admiscuerunt. Gentes .n. ad manifestas libidines aut scortationes, ac diuertia temeraria atque improbanda connivebant eaque permittebant. Ut ea peccata punirentur & cauerentur, coacta est Ecclesia & earum causarum dijudicationem suscipere. Quauis postea Canones aliquot facti sunt, qui probari nequeunt, sicuti in hac uita mortali facile errores & mala consuetudines irrepunt, ubi proprijs cogitationibus indulgetur, nec uerbi diuinij normam homines solam sequuntur.

Res autem ipsa docet ( id quod dolendū est ) in hac misera uita multas cōtrouerſias ac difficultates in sponsalibus & coniugijſ incidere, & postea multa repudia & diuor- tia pro libidine ac desertiones temerarias & sceleratas fieri. Et horum casuum tanta est uarietas & multitudo, ut ad eos dijudi- cандos opus sit singulari Confistorio, in quo sedeant uiri singulari pietate, doctrina ac prudentia præstantes. Iudicamus igitur has quoq̄ causas aut controuerſias matri- moniales ad Iurisdictionem Ecclesiasticā pertinere ac referri debere.

Est itaque decretum , ut Confisto- rium,(in quo qui ad Iurisdictionem Eccle- fiaſticam pertinent casus ac controuerſiæ tractentur ) Rostochij certò instituatur, eum ibi in Academia idoneæ ad eam rem personæ haberi queant . Ac personis illis quæ Confistorio adhibebuntur aut præfici entur , è duabus facultatibus , Theologica & Iuridica, præscribetur Instructio seu For- mula de toto Confistorij ordine, de per- sonis, de salario, de casibus aut controuerſijs, quæ solæ in Confistorio agi & compo- ni debent, de processu item seu ordine iudi- ej, & de forma executionis.

Si quid igitur dissidij in doctrina exor- tum fuerit, id Superintendens eius loci Cō- fistorio Rostochiensi significabit. Confisto- rium

rium partes inter se dissidentes primo quo  
que tempore accersitas citabit, & iuxta præ  
scriptum Instructionis aut Formulae datæ  
pro ratione legitimi ac pijs processus aut or  
dinis Iudicialis rem omnem penitus cogni  
tam dijudicabit.

Si ipsum etiam Consistorium de eo dis  
sidio ante inaudiret aut cognoseret aliquid  
certi, etiam non ab alijs admoniti aut pro  
uocati, etiam ubi non extiterit certus accu  
sator, anteq; ab accusatore aliquo res defe  
ratur, primo quoq; tēpore Partes ex officio  
citet, ut errores & schismata aut dissidia in  
ecclesia tollātur. Quod si controuersie sunt  
graues & magni momenti, Principibus e  
am rem significet, ut ij deliberent ea de re,  
& in medium consulant, siq; rei amplitudo  
& grauitas postulauerit, Synodos cogant,  
ac per doctos idoneosq; ad eas controuer  
sias dijudicandas uiros ex alijs Ecclesijs  
uocatos, dissidia componi curent & petat.

### D E C R I M I N I B V S E T

flagicijs, Adulterio aut alijs libi  
dinum generibus, item, de con  
temptoribus piæ doctrinæ  
& Sacramentorum.

Si quis in manifestis peccatis uicam exta  
gens offendiculo publico Ecclesiam contra

174 De Criminibus & flagit.

minat, Pastor eius loci primùm admonet eum, ut ad meliorem uitæ frugem resipiscat & ad Deum se conuertat. Si ea admonitione non mouetur, Superintendenti Pastor omnem rem aperiat, ut Superintendentēs ea de read Consistorium perscribat, Consistorium uero reum citet, qui si contumax non comparuerit, aut comparens & admonitus non definit Ecclesiam polluere offendiculo, excōmunicetur iuxta tenorem Instructionis seu formulæ præscriptæ.

Si uero excōmunicatus id q̄q; cōtumaciter cōtemnens nō resipiscit, significetur id Præfecto eius loci aut ciuili Magistratui, ut poena de eo sumatur ac corpore luat. Magistratus enim ciuilis officium est, & quidem ex Dei mandato, ut manifesta flagitia ac delicta puniat.

Quod ad Coniugium attinet, Pastores pro concione diligenter & piè populum de eo edoceant, ac moneant & subinde inculcent, omnes commixtiones extra Coniugium esse peccata mortalia, Deumq; suam iram contra hæc peccata & in hac & in altera uita in omnem eternitatem effundere, si non agant penitentiam.

Nec ferant Concubinatus, hoc est, ut cohabitent qui copulati non sunt. Nec ad ea peccata conniveant. Debet & Coniugium aut copulationem præcedere publica sponsatio

Sponsatio & precatio. Eamq; desponsationem fieri uolumus præsentibus aliquotho  
nestis hominibus, qui testes sint.

Ante nuptialia coniuicia ternæ antè fi-  
ri debent renunciationes earum persona-  
rum, quæ matrimonium contracturi sunt.  
Si quis impediri id posse, nec legitimū  
futurū esse Cōiugium existimat, is in tépo-  
re eam rem aperiat & id Pastorū significet.

Si quis autem impedire copulationem  
earum personarum uoluerit, aut coniungi  
eas non posse significauerit, Pastor remit-  
tat eas personas ad Consistorium, nec co-  
pulet nisi re dijudicata, easq; iubeat dijudi-  
cationem expectare, ueretq; ne coniugalem  
consuetudinem ante litē decisam habeant.

Si & personæ coniugatæ secesserunt, a-  
lijsq; coniungi matrimonio uellent, néce-  
as admittat Pastor, sed itidem ad Consisto-  
rium remittat, ut dijunctionem inde pe-  
tant & expectent. Interdicat etiam ne ante  
dijunctionem sponsalia faciant.

Pastores in Oppidis & Pagis nō ipsi in his  
casibus sese constituant iudices. Neq; enim  
nouerūt seruare processum ordinariū, aut  
ea quæ ad ordinem iudiciarium in ijs con-  
trouersijs pertinent. Nec quiuis de talibus  
dextrè & rectè iudicare potest. Sed mox u-  
bi iusserunt controuersiam ad Consisto-  
rium referri, annoverent ipsorum no-

176 De Criminibus & flagit.

mina, & deinde easum illum Præfecto eius loci aut Consuli exponant. Ibi Præfecti aut Consules statim citra moram eas personas citent, ac iubeant eas primo quoq; tempore causam suam ad Confistorium referre, nec ullo modo permittant, utante dijunctionem & ante solennitatem conuiuij nuptialis cohabitent aut mutuam consuetudinem habeant.

Si quis uerd siue Pastor, siue Præfetus, siue Consul, siue personæ illæ ad quas casus is pertinet, contra pium hoc nostrum mandatum tentare aliquid ausus fuerit, aut id contumaciter uiolauerit, seuerè in eos animaduertetur. Persuasiſſimum. n. nobis est, scimusq; certò, omnes Principes ac Magistratus hanc obedientiam Deo debere, eorumq; officij esse, nt omnes commixtiones extra ὁφειλομένην εὔνοιαν aut cōiugalem consuetudinem seriò prohibeant & impediānt, & è contra, ut omnes ἐὐλαβίας quæ ad conseruationem Coniugij faciunt, sartas rectas atq; illibatas conseruent, tueantur, & stabiliant.

Porro ad Confistorium referri debet etiam controuerſia & dissidia quæ inter Pastores, Diaconos & alios Ecclesiarum ministros & ædituos oriuntur. Item, si quis habet in quo eos accuset. Item, si quid bonorum aut reddituum ecclesijs est subtractum.

Item,

Item, Si non numerantur stipendia Pasto-  
ribus aut Diaconis, ut ædituis. Ibi Confisto-  
rium scribat præfecto aut Senatui, aut tan-  
dem ipsis Principibus, ut Ecclesijs & Eccle-  
siarum ministris cōsulatur & succurratur.

Aliæ causæ quæ ad Ecclesiā, aut Eccle-  
siæ ministros non pertinent: ( ut debita plœ  
beiorum aut Laicorum, ut uocant ) nullo  
modo ad Consistoria referendæ sunt, sicut  
i sub Papatu factitatum est, ubi maximus  
abusus Iurisdictionis Episcoporum & ex-  
communicationis fuit.

Quæ præterea ad Confistorium necessa-  
riò requiruntur, id Instructioni aut For-  
mulæ illi inseretur.

### DE VISITATIONE.

Maiores dixerunt, fertilissimum in a- Aristote. in  
gro oculum Domini esse. Et quidā interro Oeconom.  
gatus, Quod esset optimum stercus? respon διὰλογός  
dit, Domini uestigia. Significarunt autem περστῆς ἐφω  
ijs dictis, in oībus Regiminibus aut admi- τηθεῖσ, τι  
nistrationū generib. opus esse, ut Personæ,  
quibus administrationis cura præcipua de  
mandata est, diligenter attendant & obser- μάλισα ἵπ  
uent, quomodo quæq; administrentur &  
gerantur, an operæ aut ministri faciant di- πον τιαι  
ligenter officium. Sic in primis necesse est νειό τοῦ θε  
ut fideles Ecclesiarum inspectores aliquan αὐτὸν δι  
do Ecclesias uisitent, & cognoscat, quid do- θελμός ετ  
φη. &c.

ceant & quomodo uitā ac mores regāt Mī  
nistri ecclēsiarū, & qd populus discat ac pro  
ficiat, an manifestis flagicijs adulterijs & ali  
js libidinibus atq; offendiculis Ecclesiæ pol  
luantur, an sint qui purā Euāgeliј doctrinā  
& Sacramenta cōtemnunt, quomodo item  
inter Pastores & populum cōueniat, an Pa  
stores & alij Ecclesię ministri in difficultati  
bus & periculis à Magistratu defendantur,  
an habeant unde se sustentent ac alant, an  
sarta tecta conseruentur ædificia: cognos  
cat etiam quæ sit ratio reddituum Ecclesiæ,  
aut quæ ibi sint bona Ecclesiastica unde Pa  
stores, Diaconi, Scholæ, Ptochodochia seu  
Nosocomia & ad egestatem extremam re  
dacti (quibus subuenire Ecclesia debet) su  
stententur.

Non potest autem singulis annis plena,  
integra & generalis Visitatio fieri. Cōstitue  
mus itaq; uolente Deo ut singulis annis in  
aliquot ditionis nostræ partibus uisitetur.  
Ea de re commonefaciet Consistorium, A  
pud quod reponentur etiam rationes acce  
pti & expensi, aut libelli rationum, seu Re  
gistra ut uisitatè uocant.

Principio autem generalem Visitationē  
per totam nostram ditionem, uolente Deo,  
instituemus. In ea Visitatione adiungentur  
Theologis, Nobiles, & Consiliarij aliquor  
prouinciales. Sumptus autem sicut de bo  
nis

nis Monasteriorum, ut & in particularibus Visitationibus, quod subditi & rustici, quantum fieri potest, ijs sumptibus leuetur, nec miseri ijs grauentur.

Adhibebitur huic Visitationi & Notarius Consistorij qui conficiet expeditos rationum libellos seu Registrorum catalogos de omnibus Ecclesijs, deq; casibus precipuis quæ incident. Hi rationum libelli afferuabuntur à Consistorio. Visitatores autem ipsi considerent & deliberent ubi ausplicanda sit Visitatio, & in quas præfecturas Pagi uicinarum ciuitatum per Praefatos sint uocandi.

Porrò in ijs locis in quæ ueniunt, primum habeat concessionem unus è Theologis, in qua populo exponatur, eam Visitacionem institutam esse ad conseruationem ueræ doctrinæ & ecclesiasticae disciplinæ, ad salutem ipsorum & posteritatis, eamq; ob causam admoneantur, ut ad Dei gloriam & propriæ salutis atq; utilitatis causa non grauatum sed obedienter compareant, suaque opera & quocunque possint studio adiuvent, quod Visitatio ea sit fructuosa & ad amplam ecclesiæ utilitatem atq; ædificationem cedat.

Hinc Pastores earum Ecclesiarum quæ uisitantur, & Diaconi eorum primum examinentur in omnibus doctrina

Chr̄istianæ articulis præcipuis.

Deinde Pastores & Diaconi interrogentur de articulis illis qui sequuntur. De quibus interrogari debent & personæ illæ que à populo sunt uocatae.

Primò, quid Pastor & Synergus seu collega ipsius doceant & num diligenter faciant officium suum, an etiam statutis temporibus concionentur, an Sacra menta ministrent & egrotantes inuisant si uocentur. An etiam pueros & rudiores in Catechismo examinent certis horis. Item an priuatam etiam Absolutionē seruent auditis singulis antequām ad Cœnam Domini admittantur.

Secundò. An concordia etiam sit inter eos qui in Ecclesia ministerijs funguntur.

Tertiò de moribus aut uita Pastoris & Collegarum ipsius.

Quartò, de populo, num qui in ciuitate aut pago in manifestis peccatis iacentes publico offendiculo Ecclesiam lədant, uidelicet adulterio, concubinatu, aut alijs libidinum generibus.

Quintò, num sint incantatores, aut incātrices, magi aut ueneficæ.

Sextò, Num peregrinationes à quibusdam ad certa loca fiant aliæue idolatriæ publicæ in ijs locis exerceantur.

Septimò. An sint ibi homines blasphemii,

mi, Deum aut nomen Dei aut puram Eu-  
angelij doctrinam contumelijs affidentes.

Octauo. Num ibi sint qui Cœnam Domi-  
ni non sumant.

Nono. An q̄ sint contaminati falsis doctri-  
nis & sectis, ut Anabaptistarū aut alijs quæ  
nostrarum Ecclesiarum doctrinam defor-  
mant & schismata faciunt.

Decimō. An sint inter eos qui usuras ex-  
erceant.

Vndecimō. Num ibi sint homines tam  
petulantes & propudioſi, ut Pastori aut col-  
legæ eius audeant minari, aut qui eos con-  
uicijs, & alijs iniurijs affiant.

Duodecimō. An qui Coniuges suas de-  
seruerint.

Tredecimo. An inter quos coniuges sint  
dissidia perpetua.

Decimoquartō. An qui liberi parentibus  
manentur, aut eos durius tractent & uer-  
berent.

Decimoquintō. Quæratur etiam quæ in  
illis locis sit sepulturæ ratio.

Decimoquintō. Quomodo Schola sit cō-  
stituta, & an gubernatores scholæ habeant  
salaria unde sustentare se queant.

Decimoseptimō. Quæ itē sint stipendia  
Pastoris, & Diaconi & editui.

Decimooc̄tauo. Num quis subduxerit  
aliquid Ecclesiasticorum bonorum, agros,

fundos, prata, saltus aut alia bona seu redditus. Et num sint qui ministris Ecclesiæ nō soluant quæ debent.

Decimonono. Item de ædificijs Templi, Pastoris, Sacellani, ludi literarij & æditui.

Vigesimo. De Ptochodocheis aut Noso-comijs seu ualetudinarijs, quæ Hospitalia uulgo uocant, & de alijs egestate pressis qui Ecclesiæ eleemosynis alendi sunt.

De his articulis omnibus interrogandi sunt Pastores, Diaconi & ij qui è Ciuitatis aut Pagis uocati sunt.

Et post hoc examen aut explorationem hanc Visitatores cogitent de pia emendatione corum quæ defyderantur & medicatione opus habent, Mandent & Visitatores Praefectis & Consulibus nomine Principū, ne ad flagicia & offendicula publica connueant, sed puniant & tollant, utq; piam disciplinam conseruent,

Et hæ propositiones seu quæstiones Pastores bis annis singulis populo prælegant, uidelicet, Dominica post Paschæ & in die Michaelis, eiq; significant addita diligēti ad monitione, ut se ad Visitationem parent & instruant. Omnes enim homines, quisque pro ratione sui status & officij, tenentur facere & opem ferre, quantum in ipsis est, ut conseruetur pia doctrina & disciplina.

Hinc Visitatores ipsi iubeant aliquot tam

tam ex ijs qui iam praeceptoris sunt atatis quam iuuenes in Pagis Catechesin recitare, ut cognoscant an doctrinam pietatis recte intelligent & Deum ritè inuocent.

In primis autem in Visitationibus man detur, ut in oppidulis & pagis Paſtor aut Diaconus eius diebus Dōminicis in Vesperis, ut uocant, ordine pueri in Catechismo instituantur, & ordine examinentur, utq[ue] clara uoce in templis respondeant ad quæſtiones propositas. Patribus familias serid etiam mandent Visitatores, ut liberos & famulicium iubeant huic exercitio & examini in Catechismo omnibus diebus Dōminicis interesse. Et ipſi Paſtores ac Præfecti huic excitare Patres familias debent.

Præfecti & Consules magna ſcueritate etiam inhibeant atque impedian, ne Paſtores, Diaconi aut Ludimoderatores iniuria afficiantur ab hominibus improbis & petulantibus. Dent etiam operam, ut bona fide & conſtituto tempore foluantur ea quæ ipſis debentur.

Diligenter etiam tam in Ciuitatibus quam in Pagis mandent ædilibus & alijs quorum id est officij, ne ædificia templorum & ministrorum Ecclesiæ & Scholæ, & æditui patiantur collabi, & ut collapsa reficiant diligenter & restaurent, & farta terra conſeruent. Siq[ue] Præfecti, Consules,

ciuitates aut pagi in hoc necessario opere negligentiores & difficultiores fuerint, tum Superintendentes aut Consistorium Principibus id significant. Principes autem daturi sunt operam, ne Ciuitates & Pagi ad praestandam tam piam obedientiam sint tardiores & procrastinatores. Ad ædificia etiam necessaria in ijs locis ubi desyderantur, Principum liberalitas ligna subministratura est.

Quæ ecclesiæ etiam sunt ablata, siue sunt agri, siue prata, siue ligna aut redditus, ea circa dilationem restituentur & reddentur Ecclesiæ.

Visitatores Canonicis etiam & Monasterijs seriò mandent, ut conformement se Parochijs in quibus puritas doctrinæ est, academiq; doceri, & Cœnam sub utraq; specie ministrari & alias pias ceremonias seruari patiantur, & abusus, Missas Papisticas, quibus Christum Patri offerūt, invocationem Sanctorum, uota impia & cucullos aut Monasticas istas uestes aboleant & abijciant: Nec horis Canonicis onerari debent.

Sicubi in Collegijs Canonicorum & Monasterijs nondum sunt synceri uerbi ministri, statim priores substituendi sunt in locum falsorum. Stipendia uero certa è Collegijs illis, & Monasterijs constituenda & numeranda sunt.

Diligenter

Diligenter etiam inquirendum, quæ & in quibus locis sint bona & redditus Ecclesiæ arum, nec ullo modo ferendum, ut quisquam inde aliquid auferat. Nam ijs redditibus alendi sunt posthac uerbi ministri, studiosi, & ij qui in Nosocomijs sunt.

Personæ quæ egredi Monasteria uolunt, & honestam uitam exigunt, siue in Coniugio siue cœlibatu, ijs liberum sit inde exire, siq[ue] coniugium amplecti uoluerint, subfida è Monasterijs subministrâda ipsis sunt.

Si in Monasterijs uirginum Vestalium Domina puellas iuuenculas ad se recipere uoluerit, ut ad pietatem & honestatē informetur, liberum id quoq[ue] ipfi esse debet, nullis tamē uotis aut cucullis aut uestibus Monasticis onerari & obstringi debent. Sed discant ibi legere & scribere, audiant pias cōciones, memoriae commendent Catechismum, adsuefiant ad quotidianam precatiōnem, & sic instituantur, ut rectè doctrinā pietatis intelligent, & ut ad ueram Dei inuocationem & ad omnes uirtutes assuefcat.

In Cœnobia Monachorū nemo post hac recipiatur. Quamuis enim prætendant, se inde Scholas uelle erigere aut ea in scholas commutare, non habent tamē idoneas ad eam rem personas. Et necesse est, ut multa ingenia fint unâ in eodem loco, si linguae

& artes disci debent.

Porrò Personæ prouectæ ætatis, quæ in Collegijs Canonicorū & Monasterijs sunt non sunt ejciendæ, sed bonis Ecclesiasticis alendæ, si modo doctrinam sanam quæ in Parochialibus est Ecclesijs, amplecti uoluerint, ut dictum est.

De Synodis constitutum est, ut quilibet Superintendens semel singulis annis, uide licet, die Lunæ post Michaelis, omnes Pastores conuocet, quorum inspectio ipsi commendata est. Ad eam rem cuiq; Pastor iædi les quos uocant, aut ij qui Præfecti sunt bonis Ecclesiasticis sumptus suppeditare debet. In ea Synodo Superintendēs diligenter ad consensum & unitatem piam in doctrina & ad morum ac uitæ honestatem cohortetur. Deinde audiat quid desyderent & querantur & quid aperiant de doctrina, de moribus & uita uicinorum Pastorum, & de salarijs aut reditib. suis & defensiōe. Quisq; autem Superintendens soluta synodo ad Consistorium de ijs perscribat.

Si quando generales Synodi sunt cogen  
dx, de ea re deliberabunt Principes, qui eti  
am ea de re à Cōsistorio commo  
nēfaciendi sunt.

TERTIA

# Tertia Pars,

## DELECTIONIBVS ET CANTIONIBVS IN TEMPIIS.



M N E S homines agnoscant hanc bonam & misericordem Dei uoluntatem, gratias agétes ei toto pectore quod ita ecclesiam in hac imbecilli genere humano colligit, ut cœtus publicos & honestos conservet, quod filius ipsius & sacrosancta Euangelij doctrina per totum terrarum orbem innotescat, sicuti Psalmus inquit, In omnem terram exiuit sonus eorum. Item, Laus eius in ecclesia Sanctorum, &c.

Et huic ecclesiæ aut cœtui data est singularis & dulcissima missio, Vbi duo aut tres in nomine meo cōgregati fuerint, ero in medio eorum. Item, Quicquid petierint, fiet, &c. Quapropter omnes illos in ecclesia cœtus, in quibus pura Euangelij doctrina prædicatur, & Deus recte agnosciatur & rite inuocatur, ex animo amemus, colamus & conseruemus. Est igit uerissimum nihil esse in terris pulchrius & amabilius

illis cœtibus in Ecclesijs, qui sunt imago & typus æternæ societatis & congregationis in cœlis. Ideoq; magnum est scelus eos Ecclesiæ cœtus contemnere, nec conservandi eos studio teneri, sed turbare & suo exemplo alios inde auocare, ut nonnulli homines agrestes & ueræ pietatis rudes aut nūnquam aut raro tempora frequentant.

Cum autem immutabile Dei mādatum sit, ut ministerium Euāgelij in publicis cœtibus conseruetur, ideo Deo per gratiam ipsius cum deuota ac debita gratiarum actiōne obedientiam præstemus. Neq; publici isti conuentus aut cœtus Ecclesiastici sunt ab hominibus mandati & instituti. Sed distinctiones temporum & lectionum Deus uult per Pastores pro ratione hominum & locorum ordinari.

Cum itaq; Ecclesiæ in hac regione iam aliquot annos usurparint eas quæ sequuntur cantiones & ceremonias, ijsq; iam assueuerint ex magna parte, non putauimus temere eas mutandas esse.

Sed antè præmonemus & clarè affirmamus, nos uerum de humanis traditionibus aut ordinationibus intellectum nolle hoc ipso obscurare. Nec uolumus cuiusquam conscientiam ijs alligare & illaqueare, quod mutatioē earum ordinationum peccetur. Sed propter iuuentutem misellam & popu-

Ium

Ium nos ijs conformabinius. Nam ubi idē sāpenumero audimus, & à teneris annis ei assūescimus, ibi melius expendere & memi nisse possumus. Eſſetq; optādum, ut omnes homines totam doctrinā Christianā sum mām ijsdem uerbis & syllabis redderent & ſonarent. Ad eum etiam uſum ſymbola ſunt facta.

**CEREMONIAE QVÆ SERVĀN-**  
dæ ſunt in Parochijs Ciuitatum & a-  
lijs locis in quibus Scholæ  
ſunt.

Die Saturni aut feria septima & alijs diebus, qui dies festos præcedunt, quos uocant uigilias Festorum, & in ipſis ferijs canantur Vesperæ, quas uocant horis confuetis, Canent autem Scholaſtici Psalmos duos aut tres, & Antiphonas, quas uocant, Dominicarum & Festorum, Hinc Responſorium aut Hymnum, sed non niſi ea Reſpōſoria & eos Hymnos in quibus nihil eſt impuri. Deinde puer aliquis legat Lectionem, ut uocant, aut pericopen ſeu partem aliquā ē Nouo Testamento Latino, & alter puer eā dem legat ē Germanico Testamento.

Lectis ijs pericopis canatur Hymnus aut Psalmus uirginis Mariæ quem uocant Magnificat, aliquando Germanicè, aliquando Latino, addita etiam Antiphona de Dominicā aut Festa. Postea legat Minister uerbi

Collectā, ut uocant, Chorusq; respondeat & concludat cātione, Benedicamus Domino, aut cantione illa Germanica, Erhalt vns Herr bei deinen vuort, Itē Verlei vns friede gnediglich. Hoc est, Verbi tui puritatem o Deus apud nos conserua, &c. Item, Da pacem Domine in diebus nostris.

Absolutis Vesperis aut Vespertinis illis precibus seu cātionibus Minister uerbi Cōfessiones eorum qui die sequenti Cōnam Domini sumpturi sunt, audiat, eosq; instituat & doceat si rudiores sunt, absolutione que consoletur.

### DIEBVS DOMINICIS ET Ferijs generalibus.

Manē in matutinis precibus Scholastici canāt Psalmos duos aut tres unā cum Antiphona Dominicē aut Festi. Hinc legat puer unus pericopen ē Nouo Testamento Latino, alter eandem ē Germanico. Mox canatur Psalmus Zachariæ patris Iohānis Baptiste, qui Benedictus uocatur, in lingua Germanica aut Latina. Aliquando & Te Deum laudamus nūc Latinē nunc Germanicē. Cōcludatur aut̄ Antiphona aliqua & collecta.

Missa autem seu cōmunio ita ut antē in hac regiōe ordinatum fuit & usitatū nūc est, prēmissa generali illa Homologesi seu Cōfessione, Precatione & Absolutione per uerbi Ministrum, inchoetur, & celebretur,

Versa

Versa ad populum facie Minister uerbi ad  
altare stans sic dicat.

Charissimi in Christo. Leuate & coram «  
Deo effundite atq; aperite ei corda uestra. «  
Agnoscamus coram Deo & confiteamur «  
peccata nostra & oremus remissionem in «  
nomine Domini nostri Iesu Christi. «

Sequimini praeuntem me, & eandem «  
mecum precationem submissio ad Deum «  
& deuoto corde ac desyderio in fide Domi «  
ni nostri Iesu Christi per Spiritu sanctum. «

Mox procumbat in genua coram altari,  
& alter è uerbi ministris, aut ædituus una  
cum eo ad latus eius, claraq; uoce dicatis  
qui sacra facturus est.

Auxilium nostru in nomine Domini.

Chorus respondeat,

Qui fecit cœlum & terrā. Mox Minister  
hanc precationem addat.

Ego miser peccator agnosco coram te, ô “  
omnipotēs Deus, creatore & redemptore “  
meo, me nō tantum peccasse cogitationib. “  
uerbis & factis, sed & natura peccatorē & “  
immundū esse, in peccatis conceptū & na- “  
tum. Confugio aut ad tuam inexhaustā & “  
in infinitam misericordiam, quæro & peto “  
gratiā & condonationē peccatorum pro “  
pter Christum Iesum D. N. Dñe Deus esto “  
propicius misero mihi peccatori. “

AL TER Minister respondeat.

„ O omnipotens & misericors Deus , qui  
 „ Filium tuum unigenitum pro nobis mori  
 „ uoluisti , miserere nostri , & propter euādeni  
 „ tuum Filium omnia peccata nostra nobis  
 „ condona , Spiritum sanctum tuū etiam no-  
 „ bis largite , qui in nobis uerā noticiam tuę  
 „ diuinę effentię & uoluntatis , ac ueram &  
 „ minimē fucatam obedientiā erga te accen-  
 „ dat , excitet & adaugeat , ut æternam uitam  
 „ per tuam gratiā propter Dominum nostrū  
 „ Iesum Christum accipiamus , Amen .

Post has preces Minister sacra fa-  
 turus hanc Absolutionem  
 pronunciet .

„ Omnipotens & misericors Deus nostri  
 „ misertus remittit nobis certissimè peccata  
 „ nostra omnia , propter Filium suum dile-  
 „ ctum , quem propter nos in mortem tradi-  
 „ dit , & potestatem dedit filios Dei fieri om-  
 „ nibus qui credunt in nomen eius , donatq;  
 „ nobis Spiritum suum sanctum . Qui cre-  
 „ diderit & baptizatus fuerit , saluabitur . Ve-  
 „ ram illam fidem largiatur nobis omnibus  
 „ Deus , Amen .

Dum hæc Confessio , Precatio , & Absolu-  
 tio recitantur , tota Ecclesia fileat & atten-  
 dat , unaq; cum Ministro uerbi agnoscant  
 & ipsi peccata sua , precentur , & absolutio-  
 nem sibi quoq; dictā certò statuant , eamq;  
 confessionem & precationem probè discat

& coram Deo s̄epe ijs formulis utantur.

Hinc canat Chorus Introitum de Domini-  
nica aut festo. Mox, Kyrie eleison, Gloria  
in excelsis. Et in terra pax.

Dominus uobiscum.

Chorus respondeat. Et cū Spiritu tuo.

Deinde legat Minister sacra faciens Col-  
lectam in Germanica lingua, quò tota Ec-  
clesia Amen respondere & unā cum Mini-  
stro Deum inuocare queat. Collectas inue-  
nies infrà ordine annotatas. Postea uersa  
facie ad populum Minister legat Epistolam  
Dominicalem aut Festi eius in lingua Ger-  
manica, ea lecta, canatur Sequentia, ut uoc-  
cant, aut aliæ cantiones piæ iuxta temporis  
cuiuscq rationem. Hinc legat Minister Eu-  
angelium Dominicæ aut Festi eius in lin-  
gua Germanica, facie ad populum uersa.  
Quo lecto canat, Credo in unum Deum.  
Cui chorus respondens canat, Patrem om-  
nipotentem usitata illa melodia aut illis no-  
tis, ut uocant, &c.

Credimus omnes in unum Deum.

Hinc canat tota Ecclesia. Vuir gleu-  
ben all an einen Gott.

Post eam cantionem habēda est concio,  
in qua Euangelium eius Dominicæ & Fe-  
sti populo denuò prælegatur, & pia enarra-  
tione, qua ædificetur Ecclesia & unde audi-  
tores consolationem audiant, & qua ad ue-

ram pœnitentiam excitetur, explicetur per unam ferè horam, plus minus.

In calce concionis populus ad precatiōnem & gratiarum actionem erga Deum cohortandus est. Precatio autem fiat pro conseruatione Ecclesiæ & doctrinæ, & pro ministris fidelibus & synceris. Item pro Magistratu & alijs necessitatibus & difficultatibus omnibus.

Admoneat etiam Concionator populū, ut maneāt in templo, dum Cœna Domini ministratur, & ut Deū ihuocent, ut semper inter nos sibi colligat Ecclesiam, sacrosanctumq; suum uerbum & legitimum Sacramentorum usum apud nos conseruet, hostiumq; & hæreticorum conatus impedit, & sancto spiritu suo regat & confirmet.

Finita concione ij qui Cœnam Domini sumpturi sunt, eant statim in chorū, ibique ante Altare procumbant in genua: Sexus uirilis unà uno in loco, Muliebris itidem uno in loco simul.

Sicq; fert tempus. Concionator canat Præfationem aut Germanicè aut Latinè, cuius initium est: Dominus uobiscum. Præfationes inueniuntur infrà suo loco, &c.

Deinde canatur Sanctus, Latinè, ut post Præfationem quotidianā ponitur, aut Germanicè, Esaia dem Prophetē das geschah, quę cantio est in cantionū Germanicarum Libellis.

Si

Si patitur & temporis ratio, populo prælegatur per Ministrum illa Admonitio aut informatio de sacro sancto Sacramento, quæ post præfationes posita est.

Post lectam illam Parænesin, aut, si propter temporis angustiam Parænesis aut Præfatio omittitur, à concione sacra faciens canat Orationem Dominicam, & uerba Cœnæ Domini, iuxta notas usitatas, &c.

Et cùm eleuatio ob pias & graues causas in multis Ecclesijs huius & aliarum regionum intermittatur, & abolita sit, debet & in alijs omnibus locis, in quibus hactenus usitata fuit, omitti, ne uarietas aut dissimilitudo lites & dissidia atq; animorum distractionem pariat.

Vbi Cœnæ Domini ministraturus, eius Cœnæ Domini uerba cecinít, ministret Cœnam populo sub utraq; specie, iuxta institutionem Christi Domini nostri, nec aliter. Sub communione, aut interea dum Cœna ministratur, cani debet, Iesus Christus unser heilant. Iesus Christus salus nostra. Item Gott sey gelobet. Item Agnus Dei. Ité Esaia dem Prophetē das geschah. Si uerò magna est frequētia communicantiū aut ad Cœnæ Domini accedentiū, canatur nō Psal. ut est in Germanicarū cantionum libellis redditus, & similes germanicę cantilenę. In fine canatur, Christe du lam Gottes. i. Christe agnus Dei.

Post communionem legat Minister hæc  
Collectam.

Agimus tibi gratias Omnipotens æter-  
ne Deus, quod hoc salutari dono nos refe-  
cisti & refocillasti, ac rogamus tuam miser-  
icordiam ut ad sis nobis gratia tua, quod id  
cedat ad confirmationem fidei nostræ er-  
ga te, & ad ardorem dilectionem inter nos  
omnes. Respondeat chorus, Amen.

Hinc Benedictio Populo dicatur.

Benedicat tibi Dominus, & custodiat te.  
Ostendat Dominus faciem suam tibi & mi-  
sereatur tui. Conuertat Dominus uultum  
suum ad te & det tibi pacem.

Tunc canatur ad finalem Conclusionē.

Erhalt vns Herr bey deinem vuort. Item  
Verleivns friedens gnediglich. Serua purita-  
tem uerbi tui inter nos. Itē, Da pacem Do-  
mine in diebus nostris.

Si diebus Dominicis & Festis nulli sunt  
Communicantes, sic sacrum fiat.

Primò recitetur Confessio, Precatio, &  
Absolutio, ut ante est indicatum. Deinde  
canatur Germanicus Psalmus unus atq; al-  
ter, aut cantio: Allein Gott in der hohe  
sei ehre: Gloria in excelsis Deo, aut alia.  
Hinc sequantur ordine hæc.

Collecta, Epistola, Psalmus aliquis aut cä-  
tio Germanica, Euangeliū, Patrem omni-  
potentem, Vuir gleuben. Hinc sequatur  
concio

concio cum precatione, ut suprà est annotatum. Et cùm nulli sint tum Communicantes, concionator sumpta inde occasione ad moneat populum, quàm sibi malè consulant quòd raro Mensam Domini accedunt, cohorteturq; eos ut sàpius eam accedant, cum alias tum has ob causas.

Primum. Certissimum hoc est, ubi cor friget in consyderatione peccatorum & in inuocatione, ibi cōsolationem & Cœnam Domini tanti non fieri quanti fieri debet. Et hanc ob causam præcipuè illa consuetudo quæ sub Papatu fuit, mutata est. Nam ubi populus in exercitijs pietatis torpescere & frigere cœpit, nec peccatorum sensu tactus ac dolore affectus est, nec ob id consolationem magnifecit, & ueram inuocationem non intellexit, ibi & Cœnā intermisserunt, & toto anno semel eam dūtaxat sumperunt.

Nos uerò quotidie & subinde peccata nostra deberemus consyderare, & ob iram Dei contra peccata expauescere toto pectore, serioq; orare ut nobis Deus sit propicius propter filium suum. Vbi autem non ardenti desyderio eius Cœnæ tenetur homo, ibi certum est, non esse dolorem de peccatis, nec cor sensu peccatorum tangi & perterre factum esse.

Est & precatio atq; gratiarum actio frigi

da & segnis, cū Cœna Domini negligitur.

Et cūm non raro fiat, ut iij qui inter se dissident hoc ipso se excusent, aut id prætexant atq; obtendant, quo minus Cœnam Domini accedant, admonendi hīc sunt quod hoc ipso grauius peccent. Cumulantur enim multa magna peccata, uidelicet, Simultas, odium & acerbitas contra proximum, & quod Cœna Domini sic negligitur. Si dissidium etiam impedit quod minus accedant mensam Domini, impedit & precationem atque inuocationem. Sed nihil est miserius, nihil calamitosius, nec illum periculum est grauius & magis horrendum, quam cūm quis Deum inuocare non potest. Admoneantur igitur diligenter homines in talibus casibus, ne à Deo ipse scientes & prudentes auellant, & ne tandem in desperationem & æternum existium ruant: sed cogitent, & dent operam, ut conscientiam talem reparent sibi, qualis & erga Deum & erga proximū ea esse debet. Qui iniurius fuit, reconciliationem querat. Qui iniuriam nullam fecit, aut iniuria affectus est, multo minus Deo irascatur, eiusque conscientia ac cor pacem experat, nec ipse sibi inuocationem turbet atq; impedit. Consulat hic & Pastorem suum, ut is conscientiæ ipsius consulat, &c.

A concione canatur Litania, aut Psalmi aliquot

aliquot, & aliæ piæ cantilenæ Germanicæ,  
Hinc legat Minister Collectam. Item Benedictonē. Tandem canatur cātio, qua peti-  
tur, ut Deus puritatem uerbi apud nos ser-  
uet. Item, Da pacem Domine.

¶ Q V A E C A N T A N D A S I N T  
diebus Dominicis & in Festis sum-  
mis ac præcipuis, à prandio in  
Ciuitatibus,

A prandio hora prima canant Scholasti-  
ci unum atq; alterum Psalmum, aut Decalo-  
gum in rythmos Germanicos redactum, I-  
tem Orationem Dominicam, & de Bapti-  
smo cantionē illam Rhytmicā, ac similes.

Deinde Minister uerbi instituat pueros  
ac rudiiores in Catechesi, ad hūc modū. Or-  
dine eos interroget iubeatq; Decalogū me-  
moriter recitare, atq; etiā enarrationē Deca-  
logi, quæ extat in paruis illis libellis Cate-  
chismi D. Lutheri. Alio tēpore aliam Cate-  
chismi partem tractet, & ab ipsis exigat, do-  
nec ordine omnes Catechismi partes absolu-  
uerit. Nec unquam deponendus de manib.  
sed ubi semel absolutus fuerit, singulæ or-  
dine partes subinde repetendæ sunt.

Absoluta autem ea parte quæ qua-  
que hora tractata est, canatur Magnificat.  
Hinc concionator suggesto consenso,

clara uoce recitet Decalogum , Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, Verbâ Baptismi & Cœnæ Dominicæ. Cum simplicia & nuda cuiusque partis uerba clare, enodatè, distinctè atq; enucleatè pronunci auit, unam Catechismi partem resumit ut eam diligenter tractet & populo inculcat. Absoluta ea concione hortetur populum ad preces. Hinc canatur, Nunc dimittis seruum tuum Domine. Mox legatur Collecta, Postremo canatur Benedicamus Domino, atq; ita finis fit.

In Ciuitatibus magnis hora tertia etiam fiat concio, in qua explicetur Epistola Dominicalis aut Festi. Cantiones sunt eædem quæ ordinatae sunt suprà in eo loco ubi de Vespertinis precibus est actum.

**DE FESTIS SINGVLARIBVS  
aut illis diebus qui per annum  
feriandi sunt.**

Præter Dominicas ferianda sunt summa illa Festa de Christo, ut sunt, Dies Nativitatis Christi cum proximis duobus. Dies circumcisiois Christi. Dies Epiphaniæ, qui Trium Regum uocatur. Dies Purificationis Mariæ. Dies Annunciationis Mariæ aut conceptionis Christi. Dies Cœnæ Domini, qui nobis uocatur, der Grune oder guter donnerstag, qui est dies Iouis ante Pascha, quo die de Cœna Domini concio habenda

benda est, Dies Passionis Domini qui uocatur nobis der Stiltag oder karfreitag. Dies Paschæ seu Resurrectionis Domini unà cū duobus sequentibus secunda & tertia feria, Dies Ascensionis Christi. Dies Pentecostes unà cum duobus sequentibus diebus, Dies Trinitatis qui incidit in diem Dominicum post Pentecosten.

In his Festis seruetur is ordo lectionum, cationum, contionū & Cœnæ Domini, qui seruatur dieb. Dominicis, nisi q̄ Introitis, Sequentiæ & Præfationes de tempore, ut uocant, cani debent. Cani debent & ueteres illæ Germanicæ cantilenæ cuiusq; festi, ut in festo Nativitatis, Ein Kindlein so loblich, &c. In festo Paschæ, Christ ist erstäden. Item Also heilig ist dieser tag. In festo Pentecostes, Nu bitten vuir den, &c. Ipsi etiam concionatores has cōciones Germanicas in ijs festis in suggestu unà cum populo statim initio concionum canant.

Præter iam enumerata festa præcipua, seruentur & ea quæ sequuntur. Dies Apostolorum, Dies Iohannis Baptistæ, Dies Visitacionis, cùm Maria cognatam suam salutaret, Dies Michaelis, in quo doctrina de S. Angelis populo proponi debet. In his præcedentibus festis conciones habendæ sunt ante prandium, siq; adsunt Communicantes, ut uocant, hoc est, si qui Mensam Domi

ni accessuri sunt, Cœna Domini ministranda est, ut fit diebus Dominicis. A prandio uero labori assueto uacare & officium suum quo diebus operarijs fungitur, facere cuique licet, excepto die Michaelis, in quo tam ante quam post prandium concio haberi debet. Festum autem Annunciationis Mariæ omnino posthac intermittatur & abrogatur. Inque locum eius festum Michaelis habetur pro festo quartam partem aut quadratum Anni discernente.

Diligenter etiam admoneatur, & huc invitetur populus, ne festis abutatur helluan do & alia flagitia committendo, quæ oculū comitantur, sed ut quisque audiat ijs diebus uerbum diuinum, & precationibus uacet, suamque familiam ea doceat & doceri atque informari in his curet. Si uero post auditas cōciones superest temporis aliquid uacui, licet cuique uacare suo labore, ne ocio indulgeat.

### DIEBVS PROFESTIS QVID fieri in templis debeat.

In ciuitatibus conciones binæ, minimū, habeantur in septimana, altera die Mercurij altera die Veneris, mane hora septima. Nec ultra octauam concio extrahatur.

Hicque Ministri uerbi consulant Ecclesijs suis, eorumque Scripturæ sacræ librorum aut partium enarrationem ijs diebus suscipiant

cipient', quos maximè utiles & salutares Ecclesiæ iudicauerint, unde & rectè edoceantur & cōsolationem solidam hauriāt auditores, quales sunt Psalmi, Miserere mei Deus, De profundis, Quare fremuerunt gōtes, Dixit Dominus, Beati quorum, Benedicām Dominum, Confitemini, Item aliquot Epistolæ Pauli.

Debent & audire Diaconi consilium & sententiam Pastorum suorum de ijs matérijs, quas pro cōcione tractandas suscipiūt.

Vbi incidunt tales festi dies, quos nunc non feriamur, uidelicet quorum Historiæ in Euangelistarum scriptis extant, quales sunt dies Cōuersionis Pauli, Mariæ Magdalene, Decollationis Ioānis, &c. eum textum aut historiā possunt Ministri uel ferīa quarta uel sexta, ea nimirum quæ uicinior est isti Diei festo, pro concione tractare.

Et his diebus binis canantur tam ante quam post conciones Germanicæ piæ cantilenæ seu Psalmi, ut populus eas cantiones discat, & ijs assuefcat, utq; corda ad precatiō nem excitentur & accendantur, præcipue hæ, Vater vnser im Himmelreich. Item, Vvo Gott der Herr nicht bei vns vvere. Item, Ein feste Burg.

A concione canatur Litania.

In Quadragesima his ferijs duabus, uide licet quarta & sexta tractetur Historia Pas-

sionis, diligenterq; populo inculcetur. Confultum itaq; uidetur ut statim post Lætare libellus, qui Passionem Christi continet e quatuor Euangelistis congestam, ordine legatur & tractetur, quo satis temporis suppetat ad singularum eius partium diligentem enarrationem & confyderationem.

Nec debent intermitti conciones eorum duorum dierum ob ferias quæ in alios dies profestos incidentur.

¶ QVÆ CEREMONIÆ ET  
cantiones seruandæ fint in  
Pagis.

Singulis diebus Saturni, aut ferijs septimis à prandio circa horam secundam & in singulis uigilijs (ut uocant:) Festorum omnium, quando postridie Ecclesia aut cœtus populi congregabitur, in Pagis æditui nolarum aut campanarum tinnitu Vesparum, ut uocant, significationem dabunt. Siq; Pastor in eo pago habitat, statim post alterum pulsum, ut uocant, aut nolarum sonum, conferat se in templum, unaq; cum ædituo canat Psalmum aliquem Germani cum distinctè ut intelligi probè possit. Mox Antiphonam, Deinde Hymnum, O lux beata in Germanica lingua, aut alias plas cantiones iuxta rationem temporis Festorum & Dominicarum. Postea Magnificat Germanicè & Collectam. Item Benedicamus.

Postre-

Postremò , Erhalt vns Herr, & Verley vns  
frieden gnediglich, &c.

Si uero uiri aut foeminæ ueniunt in tem-  
plum ( ut diligenter etiam eos admonere  
Pastor debet ut frequentes ueniant ) ibi in  
Germanica lingua è ueteri aut Nouo Testa-  
mento aliquid legatur. Deinde canatur Ma-  
gnificat & Psalmus aliquis in Germanica  
lingua. Postea audiat Pastor eos qui altero  
die Mensam Domini accessuri sunt.

Et præscriptam hanc Ordinationem ser-  
uent Pastores ita , ne diebus Saturni in ag-  
ros suos excurrant & agriculturæ labori-  
bus sese dedat, sic ut toto eo die librum nul-  
lum in manus sumant, id quod nonnulli  
in more habent, sed maximè diebus Satur-  
ni legant & meditentur quæ populo pro-  
ponenda sunt diebus Dominicis, & à pran-  
dio canant Vespertas, ut uocant, & audiant  
eos qui Absolutionem petituri sunt. Nulli  
hic diligentia parcant.

Hoc modo assuefiet populus, ut eo tépo-  
re Confessionem suam edant, & precatio-  
ni, sanctisq; meditationibus de uoluntate  
& beneficijs Dei uacent, quò Cœna Domi-  
ni sacrosancta recte & ad salutem suam su-  
mant.

Hic mos utiliter & necessariò seruatur,  
ut non tantum populus Cœnam Domini  
sumpturus audiatur, sed & ipse Pastor se

paret, quod die festo ritè & cum fructu doceat, & ministerium commissum sibi bona si de faciat.

Ij in quorum Pagis non habitat Pastor, illici accedat manè Pastorē, ubi ad ipsos uenit.

### MISSA SEV COMMVNIO.

Hac Pastor & edituus auspicabitur publica illa Homologesi, precatione & absolutione, sicuti ante indicatum est in eo loco ubi descriptæ sunt Ceremoniæ, quæ in Civitatibus seruandæ sunt.

Hinc canatur loco Introitus, Psalmus aliquis Germanicus, Deinde Kyrie. Mox Gloria in excelsis Deo. Postea uersa ad populū facie Pastor dicat, Dominus uobiscum, & respondeat edituus, & cū Spiritu tuo. Hinc sequatur collecta aut precatio Dominicæ & festi cuiusq. Eam collectam legat conuersa ad altare facie. Absoluta Collecta, uertat faciem denuò ad populum, legatis epistolam in lingua uernacula, uoce clara, sine notis aut melodia, quod Ecclesia possit uerba intelligere, Incipiat autem sic: Hanc Epistolam scribit S. Paulus, &c. Lecta Epistola canatur Psalmus aliquis.

Hinc iterum Pastor uersa ad populū facie legat Euangelium Dominicæ aut Festi itidem sine notis, inchoetq; sic: Euageliuni describit S. Matthæus, &c.

Lecto Euangelio, uertens faciem ad alta

re canat, Credo in unum Deum. Hinc tota Ecclesia canat Symbolum Apostolicum in rhythmos Germanicos redactum.

Mox subsequatur concio, in qua Euangelium denuò legatur & etiarretur. Finita concione fiat precatio. Admoneatur etiam Populus ut tantisper maneat donec Coena Domini ministratur, ut & antè dictum est.

A concione in suggestu Pastor ubi defensurus est incipiat canere Psalmum aliquem, Es vuolt vns Gott gnedig sein, uel similem.

Hinc coram Altari canat Orationem dominicam & uerba Cœnæ, ut antè indicatum. Eleuatio intermittatur ut antè quoque dictum. Post uerba Cœnæ canatur Iesus Christus vnser Heilandt. Dum id canitur ministretur Cœna Dñi communicaturis.

Si magna Communicantium frequentia est, canantur interim & alij Psalmi, ut, Gott sei gelobet. Item, Ich dancke dem Herrn. Item in fine, O Lam Gottes vnschuldig, uel, Christ du Lam Gottes.

Hinc ubi Cœna est ministrata, Pastor Collectam canat, Vvir danckē dir almech tiger Herr Gott. Item, Benedictionem, Der Herr segene dich. Deus benedicat, &c.

Postremò canatur, Erhalt vns Herr bey deinem Vwort, & Verleihe vns fried gnedlich,

A PRANDIO DIEBVS DOMI-  
nicis aut Festis in Pagis.

Diligenter admoneātur auditores, ut à prandijs redeant in templum, audiantq; i- bi legi & tractari Catechismum . Ante & post eius tractationem canantur, Dis sein die heilige zehn Gebot . Item, Vatter vnser im Himmelreich, id est, Decalogus & Ora tio Dominica in rythmos redacta.

Si uerò ob certas causas & impedimenta id fieri nō potest, tum omnibus diebus Dominicis & Festis alijs ante prandium à cōcione ante Communionem pars una Cate chismi Luthéri ad uerbum prælegi populo debet. Et summo studio in hoc incumbant Pastores nihilq; hic diligentiae parcat, ut Catechismi doctrinam populo sæpe pro ponant & diligenter inculcent . Neque enim dici potest, quām id sit utile & necesse.

Si nulli sunt Communicantes, tum illa ipsa canantur & legant quæ suprà annotata sunt. Debet & admoneri populus ut frequenter Cœnam accedat. A concione ca natura Litania duntaxat.

COLLECTÆ SEV PRECATIO  
nes in Aduentu, in Natali Christi, in festo Purificationis, de Passione Christi, in festo Paschæ, Pentecostes & Trinitatis. Item aliæ pro pace & quibus diuinum auxilium ex petitur in omnibus necessitatibus & alijs,  
quæ

Quæ in Templis in Sacro aut Missa ante lectionem Epistolæ & postea canuntur, Item Præfationes quas uocant, quæ finiti concione ante Communionem canuntur, cùm inueniantur in alijs libellis qui ubiqꝫ extant, inferendas h̄ic non putauimus.

**P ARÆNESIS SEV ADMONITIO,**  
 & Absolutio, Item Gratiarum actio &  
 precatio ante Communionem  
 seu ministracionem Cœ-  
 næ Domini.

Charissimi. Vos ut homines Chr̄stiani (qui antè estis edocti quæ de Deo, de seuerâ eius uoluntate, ac lege, de creatione naturæ humanæ, deinde & de peccatis nostris, deqꝫ redemptione per Saluatorem Iesum Chr̄stum, deqꝫ omnibus articulis fidei Christiañæ omnibus pijs tenenda sunt, qui etiam eos fidei articulos firmiter creditis) Vos, in quam, h̄ic adeatis ut percipiatis eximiam & summam illam consolationem, quam Dominus noster Iesus Christus in sumptione corporis & sanguinis sui nobis præbet ac largitur. Scitis autem iuramentum omnipotentis & æterni Dei ubi ait, Viuo ego, Non mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Hoc iuramentum Deus sui unigeniti filij Iesu Christi sanguine, morte & resurrectione confirmauit. Duo autem comple-

O

Etitur, tam conuersionem quam peccatorum remissionem. Primum Iurejurando hoc affirmat Deus, se nullo modo uelle, ut in peccatis contra conscientiam perseuermus, sed ut ad ipsum conuertamur, ad iustissimam ipsius iram expauescamus, & ex animo doleamus de nostra inobedientia & ingratitudine, horrendoque erga illum contemptu. Qui itaque talia corda ad Deum adferunt, ut ipse testatur, se habitaturum cum corde contrito & sermones eius tremente, illi magnam illam gratiam, quæ propter Christum nobis donatur, expendant, confyderent, expetant & accipiunt, firmiterque credant omnia peccata sua propter Christum ex misericordia gratis citramerita sua sibi condonata esse, si hanc consolationem fide & fiducia firma in Christum amplectantur. Nec dubitationi indulgeant, sed constanter & firmiter statuant, quod ita remissionem peccatorum accipiunt, Deoque placeant & accepti, atque aeternæ salutis haeredes sint, quodque certò Deus ipsis Spiritum suum dare & in ipsis misericorditer habitare, eos regere & seruare uelit ad aeternam salutem. Atque ob id in posterum Deo ex fide & in bona conscientia obedientiam præstare debent.

Hæc quotidie cogitanda quidem uobis

bis sunt, sed maximè tunc quando Cœnam Domini nostri Iesu Christi sumptuari estis. In ea Christus nos duorum commonefacit, primum, iram Dei contra peccata tantam esse, ut non aliter potuerint ac debuerint expiari quām per solam filij sui dilectissimi obedientiam & mortem, dein de eos qui conuertuntur, & in Filium Dei fiduciam suā collocant, in gratiam à Deo recipi.

Et in testimoniu certum huius suæ immutabilis uoluntatis Christus hanc Ordinationem seu Cœnam instituit, in qua una cum externis illis uisibilibus elementis uerū uerum suum corpus & sanguinem largitur & donat, suamq; promissionem hoc ipso confirmat, quod certò nobis peccata nostra propter Passionem suam condonētur, & quod uerè inter & apud nos esse & in nobis operari uelit, sicuti inquit, Ego in illis sum, & uitam æternam do eis.

Quapropter omnes qui hīc adestis, & ad Deum conuertimini, & ad iram Dei contra peccata sua perterfacti expauescunt, quiue credunt propter Christum peccata sua condonari, quiue hoc proposito sunt se in peccatis contra conscientiam nō perseueraturos, illis annuncio remissione peccatorum, iuxta uerba Christi, Quibus peccata remiseritis, ijs remissa sunt.

Ideo ex mandato Domini nostri Iesu Christi renūcio uobis hanc absolutionem, quod propter Christum uobis peccata sunt condonata.

Et hanc Euangelij uocem probè uobis infigite, eique credite, & consolatione hac de merito Christi uos erigit, & posthac in fide & bona conscientia Deo obedientiam præstate.

Et in testimonium, quod uobis ipsis haec gratia donetur & applicetur, sumite corpus & sanguinem Christi, ac statuite, quod Christus in cruce uictima pro uobis fuerit, sumptus corpus pro uobis tradiderit, & sanguinem suum propter uos effuderit, & quod uos membra sua faciat, & in uobis efficax esse uelit.

Hic etiam Deo omnipotenti, Patri Domini nostri Iesu Christi & Christo Domino pro tantis beneficijs & infinita illa misericordia gratiae uobis agendæ sunt. His etiam Christi beneficijs consolari uos & hinc gaudio exundare debetis. Vult enim adesse uobis, uos regere & seruare. Ardentibus etiam precibus commendate nunc Deo totam Ecclesiam & Magistratum, uos etiam atque familiam uestram.

Omnipotens uere Deus, æterne & unice Pater Domini nostri Iesu Christi una cum unigenito filio tuo Iesu Christo & Spiritu sancto,

sancto, Conditor omnium creaturarū, qui sapiens, uerax, beneficus, iustus, purus & iudex es, peccato irascens, Agnosco & confiteror me multorum peccatorum reum esse, & me multa peccata scientem & nescientem admisisse. Ac doleo ex animo quod te uerum Deum offendī, tēq; rogo, ut per magnam misericordiam tuam propter dilectionissimum filium tuum Dominum nostrū Iesum Christum omnia peccata mea mihi cōdones, mihi sis propicius, & me propter Christum & per illum, iustifices & tibi acceptum facias, tuoq; sancto Spiritu me illumines, mundes & regas.

Credo etiam Euangeliū tui sacrosancti doctrinæ & clementi promissioni, in qua nobis propter filium tuum Iesum Christū, remissionem peccatorum, iusticiam, & æternam uitam daturum recepisti, tēq; rogo ut meum cor in fide & cognitione filij tui confirmes.

Ago tibi & gratias omnipotēs Deus pro omnibus beneficijs, & maximè quod tam te nobis pro summa tua misericordia pater fecisti, & quod filium tuum dilectum pro nobis uictimam & mediatorem & propiciatorem nostrum esse uoluisti, & quod per eum nos ab æterna ira redemisti & ad æternam salutem in gratiam recepisti. Tēq; rogo ut propter dilectum filium tuum, cūma

nam miseræ, calamitosæ, & infirmæ Creatu-  
ræ simus, nostri miserearis, tibiq; omnibus  
temporibus inter nos æternam Ecclesiam  
colligas, & pacem, gubernationemq; in Po-  
litia salutarem nobis largiaris, utq; me &  
totam familiam meam clementer foueas,  
regas & serues, Amen.

Gratias etiam tibi ago Omnipotens u-  
nigenite Dei fili Domine Iesu Christe, quod  
pro immensa tua Philanthropia pro nobis  
intercessisti, & naturam humanam assump-  
psisti, ne ea in æternum abiecta periret, sed  
ut per te à peccatis liberata æternæ iusti-  
ciae æternæq; uitæ restitueretur, & q; sum-  
mam & ineffabilem diuinæ Maiestatis ira  
contra peccata à nobis miseris mortalibus  
in te deriuasti, & tua obedientia, Passione  
& morte pro nobis satisfecisti, & quod à  
mortuis resuscitatus manes Mediator & In-  
tercessor pro nobis, & quod æternam Eccle-  
siam tibi per Euangelij uocem & Spiritum  
sanctum colligis, q; es Emanuel, id est, De-  
us nobiscum, & quod æternam salutem lar-  
giris omnibus qui ad te conuersi credunt  
sibi Deum propter tuam Passionem & in-  
tercessionem esse propiciū, & q; certò pro-  
misisti te miseros & infirmos nos homines  
in Ecclesia tua seruaturum.

Oro ardentibus uotis ut mihi sis propi-  
gius & oia mea peccata mihi cōdones & a-  
pud

pud æternum Patrem tuum pro me intercedas, sanctumq; Spiritum tuum mihi largiaris, me regas & serues contra hostes tuos, contra blasphemos, mendaces & immundos Diabolos, Oro etiam omnipotens fili Dei Iesu Christe, qui in Cruce mortuus es & tertio die resurrexisti à mortuis, quique iustus, uerax, castus & misericors es, ut omnibus temporibus inter nos æternam Ecclesiam colligas, nostramq; regionem & Magistratus eius serues, ac pacem gubernationemq; salutarem largiaris, utq; me ac meam familiam clementer regas & custodias, Amen.

Post hanc precationem, absolutionem & gratiarum actionem canat sacra faciens precationem Dominicam & Verba Cœnæ Domini, ut supra annotatum est.

## DE BAPTISMO.

**E**AS personas, quę infantem baptizandum afferunt, ad hunc modum affetur & admoneat is q; baptizaturus est.

Dilecti in Christo, Audimus quotidie è uerbo Dei, atque etiam id experimur tam in uita quam in morte, quod inde ab Adam Omnes nos in peccatis concipiatur & nascamur, atque ideo etiam

sub ira Dei in æternum damnati periremus, nisi nobis unigenitus Dei filius Dominus noster Iesus Christus succurrisset & nos inde liberasset.

Cum itaq; præsens hic infans, natura eodem peccato & modo, quo & nos infectus & fœdatus sit, ob id etiam æternæ mortis & damnationis reatum sustinet. Sed cum Deus, Pater omnis misericordiæ & bonitatis dilectum filium suum toti mundo donarit, Ergo eum etiam non minus infantibus quam adultis promissum misit, cumq; totius mundi peccata tulerit filius Dei, Ergo non minus miseros infantes quam adultos a peccatis, morte, & damnatione liberavit & saluauit. Atq; etiam mandauit eos ad se deferri ut ijs benediceret, eos etiam humanissime ac blandissime ulnis complexus est, regnumq; celorum ijs promisit &c.

Quocirca ex officio charitatis Christianæ hunc præsentem infantem Domino Deo nostro ardentibus uotis commendate, & ad Christum deferte, precantes ut ipse condonet peccata, & ut in regnum gratiarum ac salutis eum recipiat, nihil dubitantes, certa fiducia concepta, quod Christus Dominus noster, id uestrum uerae charitatis opus, quod huic infanti præstatis, clementer sit accepturus & approbaturus, uestrâq; precationem exauditurus. Iussit enim ipse ad

ad se deferri infantes , ac promisit pro im-  
mensa sua misericordia quod in regnum  
suum eos recipere uelit.

Vbi in hanc sententiam Minister admo-  
nuit eos qui infantem adduxerunt , in-  
terroget , quod nomen infantis sit inden-  
dum? Vbi Compares nomen expresserunt,  
dicat. Exi immunde spiritus , & da locum  
Spiritui sancto. Deinde signet cruce fron-  
tem & pectus infantis ac dicat. Accipe si-  
gnum sancte Crucis tam in fronte quam  
in pectore. Oremus.

O omnipotens æterne Deus Pater Do-  
mini nostri Iesu Christi, Inuoco te ut mis-  
rearis huius ministri tui N. (uel Ministra.  
N.) qui (uel quæ) donum Baptismi tui roga-  
& æternam tuam gratiam per spiritualem  
regenerationem expetit. Suscipe illum (siue  
illâ) Domine, Dixisti tu, Petite & accipietis,  
quærите & inuenietis , pulsate & aperietur  
uobis, Quare largire bonum ei qui petit, &  
aperi ianuam ei qui pulsat , ut benedictio-  
nem æternam cœlestis lauacri consequa-  
tur & promissum regnum tui doni accipi-  
at , per Christum Iesum Dominum no-  
strum, Amén.

Oremus. Omnipotens æterne Deus,  
qui diluicio iuxta seuerum iudicium tuū,  
incredulum Mundum damnasti , & octa-  
uum iusticiæ præconem pro magna tua mi-

sericordia seruasti, & obstinatum Pharao-  
 nem cum suis in mari rubro submerfisti,  
 tuumq[ue] populum Israeliticum fuccis pedi-  
 bus traduxisti. Quo lauacrum sancti tui Ba-  
 ptismi est prefiguratum. Et per baptismum  
 tui dilecti filij Domini nostri Iesu Christi  
 Jordanem & omnes aquas in salutare di-  
 luum & copiosam certamq[ue] peccatorum  
 ablutionem ac mundationem sanctificasti  
 & instituisti. Obscuramus te per eandem  
 tuam immensam & inexhaustam tuam mi-  
 sericordiam, ut hunc infantem clementer  
 respicias, & uera fide in spiritu illuminatū  
 sanctifices, ut per salutare hoc Diluum in  
 eo submergatur & suffocetur atq[ue] abolea-  
 tur omne quod ab Adamo est ipsi agnatū  
 & in eum propagatum, & quod ipse addi-  
 dit. Ut ita ē numero infidelium segregatus  
 in sanctam Ecclesię arcā fuccus ac securus  
 tutusq[ue] seruetur, semper ardenti spiritu &  
 iatus spe tuo nomini seruiat, ut cum omni-  
 bus credentibus promissionem uitæ æter-  
 næ consequatur, per Iesum Christum Do-  
 minum nostrum. Amen.

**LECTO EVANGELIO S. MARCI**  
 ubi Christus manus infantibus imponit  
 & eos amplectitur, si tempus patitur sic in-  
 fans non est imbecillis, addat Euangeliō  
 & sequētem parēnesin Pastor.

**Dilecti in Christo, Audimus in paucis illis**  
lecti

lecti euāgeliū uerbisq; tā nos q̄ infantes sint  
miseri & calamitosi, in quāto sumus pericu-  
lo, & cōtrā etiam audimus summam hīc cō-  
folationem. Nam id nobis tenendū est, sic  
nos oēs per lapsū Adæ esse corruptos, ut  
in peccatis concipiāmur & nascamur, atq;  
ita & filij iræ nascamur & propter peccatū  
in regno Diaboli, in morte, inferno & dā-  
natione sumus.

Quod. n. ex carne natū est, caro est, nec  
regnum coelorum ingredi potest, nisi regene-  
retur, & in Christi Dñi nostri regnum, re-  
gnum illud gratiæ perducatur. Id eo tempo-  
re agnouerunt parētes qui liberos suos ad  
Christum attulerunt, & ob id eos ipsi obtu-  
lerunt, & ipsis regnum coelorum, æternam  
gratiā, & benedictionem dari petiuerūt.

Secundō audimus consolationē eximiā  
pro nobis & pro paruulis, q̄ summa alacrita-  
te & prōptitudine, Christus filius Dei Dñs  
noster paruulis qui ad ipsum deportantur  
& nobis oībus qui ad illū cōfugimus clemē-  
ter succurrere uelit, atq; ita ut etiā offendā-  
tur & indignetur si impediūtur ne ad se de-  
ferātur, siq; non sedulo ad ipsum afferūtur.

Tertiō. Curæ maximē sibi esse puellos, se  
illorū esse amātissimū, se uerè paterno esse  
erga illos aīo, significat nō obscurē hoc ipso  
q; eos cepit in ulnas & tam amanter com-  
plectitur. Testatur itaq; quod ipsos uelit  
cripere & liberare à peccatis, à potestate

diaboli à morte & regno inferorum. Imponit ipsis & manus suas diuinis, gratia plenissimas, suscipiens hoc ipso eos in protectionem & testificans quod eos tueri & defendere uelit contra omnia mala, & benedit illis, ipsos cœlestis sui Patris Filios, & hæredes, suosq; cohæredes & æternæ salutis ac uitæ confortes futuros testificans.

Nos autem adultos & quidem minis ad ditis monet, ne patiamur nos rationis nostræ persuasiōibus & somnijs seduci & nobis imponi, sed ut simplici uerbo fidem habeamus & in simplicitate fidei maneamus, & ut sicuti puelli in regno cœlorum, id est, in regno gratiæ ac uitæ coram eo ambulemus, utq; in innocentia & puritate incipiamus & pergamus æternam uitam uiuere, ne in omnem æternitatem reijciamur.

Cum autem hec, uidelicet liberatio à peccatis & à potestate & regno Satanæ per Christum hoc ipso quod manus puellis imponit, quod eos amplectitur, & quod eis bene dicit, regnumq; cœlorum promittit, huic quoq; infanti, ut & omnibus nobis, etiam in externo signaculo, uidelicet Baptismo & uerbo Dei, in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti, dentur, exhibeantur, applicentur, & per id signum ea de re certificati confirmemur, ideo infantem presentem in nomine Domini nunc baptizabimus, sed præmissis

præmissis precationibus etiam Orationem  
Dominicam ante addere.

**HIC MINISTER MANVS IM-**  
ponat capiti infantis, oretq; precatio-  
nem Dominicam unà cum fideiutto-  
ribus aut Compatribus & Comma-  
tribus ut uocant, aut Testibus  
in Baptismo.

Hinc deportetur infans ad Baptisteriū,  
dicatq; Minister uerbi. Dominus custodiat  
introitum tuum & exitum tuum, ex hoc  
nunc & usq; in sæculum.

Deinde renunciet infans diabolo per fi-  
deiuſſores aut ſuceptores ſuos in Bapti-  
ſmo, dicatq; Minister,

N. Renuncias diabolo? Respondeant  
Suceptores. Etiam uel Ita.

Et omnibus operibus eius. Rñ. Ita.

Et omnibus institutis & confilijs eius.  
Respondeant Ita.

Deinde interroget. Credis in Deum Pa-  
trem, creatorē cœli & terræ? Responde-  
ant. Ita, Credis in Iesum Christum fi-  
lium eius, &c. usq; ad finem. Respon. Ita.

Credis in Spiritum sanctum, &c. Respo-  
deant Ita.

Vis baptizari? Respondeant Ita.

Ibi acceptum infantem mergat in bapti-  
ſterium, & dicat,

Ego itaq; baptizo te in nomine Patris,

222 De Baptismo in necessitate.

& Filij & Spiritus sancti.

Baptizatū infantem fideiuſſores in manus ſuſcipiant & teneant ſupra Baptiſterium, Miſteriōdum induit lineam ueltem, quam ueltem albam aut candidam uocat, dicat ſequentia uerba.

Omnipotens Deus & Pater Domini noſtri Iesu Christi, qui te regenerauit per aquam & ſpiritum sanctum, omniaq; pecata tibi cōdonauit, conſirmet te gratia ſua ad uitam æternam, Amen.

Pax fit tecum. Respondeatur, Amen.  
**D E B A P T I S M O I N N E C E S S I T A**  
te qui fit in ædibus priuatis ubi recens  
natus infans de uita pericli-  
tari uidetur.

Paſtores admoneant populum ne temere aut ſtatim citra neceſſitatē in domibus priuatis baptizent infantes, ſi tamen extrema neceſſitas id poſtulat ut fit baptizādus infans qui iam expiraturus uidetur, ut id faciant in timore Dei & deuotione pia, Deumq; antē inuocent, & precationem Domini nicam orent, deinde baptizent in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

Cūm ita eſt baptizatus nō dubitetur infantem eſſe uerē & ſufficienter ac ritē baptizatum, nec opus eſſe ut denuo in templo aut alibi baptizetur.

Si tamen infans manet ſuperstes, ſicq; ita uolunt,

## De Baptismo in necessitate. 223

uolunt, potest deferri in templum, ut interroget Pastor, an etiā certò sciant, infantem ritè esse baptizatum, & quomodo eum qui busq[ue] uerbis baptizauerint, sicut tū dixerint, q[uod] Deum pro infante orarint & inuocauerint, facta q[uod] precatione, eum in nomine Patris & Filij & Spiri. sancti baptizarint, q[uod] non dubitent sed certissimè sciant, infantem ritè baptizatum fuisse, etiam si tum statim à baptismō animulam efflauisset & hāc uitam cum morte euestigio commutasset, nullo modo baptizetur denuò à Ministro, sed uerè & ritè baptizatum esse statuet, nec iteret baptismum, sed Ecclesiæ membrum esse iudicet in q[uod] numerum uerorum Christianorum recipiat, & Euangelij pericopā ē cap. 10. Marci, quæ solet in Baptismo legi, supra infantem legat per q[uod] precationem Deo omnipotenti commendet, & deinde in nomine Domini redeant domum. Debet autem ad hunc modum interrogare Minister eos qui infantē baptizatū in templū detulerūt.

Dilecti in Christo. Cū omnes, quotquot nostrū sunt, in peccatis sub Dei ira ad æternam mortem & damnationē nati simus, nec aliud sit remedium aut medium quo à peccatis liberari & coram Deo iustificari ac salvare queamus q[uod] per unicū Mediatorē & sanguinem nostrū Iesum Christū, cumq[ue] hic præsens infans in eodē periculo uersetur, &

## 224 De Baptismo in necessitate.

itidē in peccatis natus fit uti nos, ergo quāro ex uobis, an ad Christum fit deportatus,  
& Christo fit pēr baptismum incorporatus?

Si respondent esse baptizatum, interroget per quem & qui adfuerint? Sique nomina uerint certas personas quāe adfuerint, & eam etiam personam, quāe infantem baptizauit, querat ulterius Minister, an etiam nōmē Domini inuocauerint & orauerint, sique respondent se inuocasse nomen Domini & precationem Dominicam orasse, sciscitur deinde, quo clemento baptizarint, sique respondēt aqua, querat itidem quibus uerbis baptizarint. Si dixerint se usum his uerbis, Baptizo te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Postremō interroget an sciānt se ijs uerbis iuxta Christi mandatum ueros esse, sique respondent, se id certō scire, dicat ad ipsos.

Cūm itaque, dilecti in Christo, in nomine & iuxta mandatum Dei Domini nostri hęc omnia egeritis, pronuncio & affirmo uos recte & bene fecisse, cūm infantes miselli gratia Dei opus habeant, nec Dominus noster Iesus Christus eam ipsis se daturum neget, sed ad eam ipsos blandissimē inuitet, id quod uerba Euangelij sequentia Iuculenter & consolatoriè testantur, quę sunt apud Marcum cap. 10. Et attulerunt ad eum pueros ut tangeret illos, &c.

Lectis

## De Baptismo in necessitate. 225

Lectis illis uerbis è Marco, sic dicat Minister.

Cùm iuxta hæc Christi uerba iam rectata certò constet hunc infantem quoque in regnum gratiæ receptum esse, orabimus ut in ea gratia ad æternam salutem constanter conseruetur.

Oremus.

Omnipotens Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te, &c. ut suprà in fine baptismi.

Pax tecum, Amen.

Si uero ex personæ quæ infantem in templum ad baptismum deferunt, ad quæstiones Pastoris non satis expedite responderint, sed sic ut dubitare uiderentur, dixerintq; se nescire quid cogitarint, multò minus quibus uerbis usæ sint aut quid fecerint in tanto periculo, (ut aliquando fieri solet:) tunc nullæ moueantur disputationes, sed infans iudicetur nō baptizatus esse, admoneturq; ut baptismi lauacro tingatur, eo modo quo omnes infantes ad baptismū vocantur & baptizari solent.

Cumq; precationes & exorcismi sunt recitati, & cùm infantes per fideiuersores diabolo renunciauerunt, & confessionem fidei ediderunt, ibi tum Pastor baptizet infantem citra conditionem, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti.

p

DE COMPATRIBVS AVT. COM-  
matribus ut vocant, seu Ba-  
ptismi testimoniis.

Vult hoc serio Deus, ut uera & sancta Ec-  
clesia ipsius, quae doctrinam Euangelij dili-  
git & confitetur, in terris probè cognosca-  
tur, utq ab alijs damnatis & execrandis bla-  
phemis cœtibus separetur segregetur ac se-  
iungatur. Cum itaq constet obstinatos &  
præfractos istos Papistas, qui pertinaciter  
abominationem Missarum Papalium, in  
quibus Christum Patri offerunt, idoloma-  
niasq & mendacia damnanda Papatus tu-  
entur & propugnant, & è contra puram sa-  
crosancti Euangelij doctrinā blasphemant  
& contumelia afficiunt, cum, inquam, satis  
constet hoc genus hominum esse hostes Ec-  
clesiæ ueræ Dei: Cùn itē manifesti illi pec-  
catores in impenitentia perdurantes, ut  
Vsurarij, adulteri, homicidæ non sint Eccle-  
siæ Christi membra, necesse est, ut uerè pīj,  
uero Dei timore prædicti, in usu Sacramen-  
torum ab hominib⁹ tam impijs separen-  
tur, sicut Paulus docet 2. Corint. 6. Ne duca-  
ris iugum cum incredulis. Quod enim con-  
fortium iusticiæ cum iniusticia? aut qua-  
communio luci cum tenebris? aut que pars  
fideli cum infidelis?

Sed inter Christianos non est maior uni-  
tas,

tas, coniunctio, aut communio, quam ea  
qua est in usu sacrosanctorum Sacramen-  
torum, & in communione aut communi-  
catione seu participatione Spiritus sancti.  
Quapropter Pastores, & alij Ministri, qui-  
bus [munus] ministrandi Sacra menta est  
commissum, posthac nullum præfra-  
ctum & obstinarum Papistam, qui erro-  
rem suum non sustinet agnoscere, sed eti-  
am tuetur, Confessionemq Augustanam  
hæreseos blasphemico ore insimulat, nec ul-  
lum ex illis impœnitib[us] manifestis pec-  
catoribus, ut sunt adulteri, scortatores, fœ-  
neratores, qui peccandi finem facere & se  
ad meliorem uitæ frugem recipere, seiq uit-  
am emendaturos promittere nolunt, ta-  
les, inquam, non patientur baptismo testes  
astare aut in baptismo fideiubere, sed eos  
repudiare ac reijcere, & iuxta Christi do-  
ctrinam, non pluris facere quam Ethni-  
cum, per omnia sicuti blasphemi & impœ-  
nitentes isti, qui in manifestis peccatis ia-  
cent, pro ratione officij sui ad Cœnam Cor-  
poris & sanguinis Iesu Christi admitters  
non possunt.

¶ QVOMODO II TRA-  
ctandi & informandi sint, qui Cœ-  
nam Domini sumpturi priua-  
tam abolutionem  
petunt.

Duplicis generis homines petunt priu tam absolutionem , ubi Cœnam sumpturi sunt . Quidam enim nihil aut parum intel ligunt earum rerum quæ ad rationē salutis aut ad pietatem faciunt , nec multum habet conscientiæ , hoc est , non admodum anguntur in conscientijs suis , ob id , quod ea non didicerunt , & alia quædam sua peccata , nec tamen sunt prorsus impij , obstinati & per uersi , quales nōnulli reperiuntur , id quod inde fit , quod homines sub Papatu omnino nihil sunt in ijs quæ ad rationem ueræ pietatis pertinent informati & edocti , uide licet quid sit peccatum , qui effectus peccati , quomodo inde libereimur , & quomodo gratiam Dei consequamur , sed in illarum rerum ignorantia adoleuerunt . Ac uellent quidem se illa scire & doceri , sed pudet ipsos discere nūc ea , cùm ætatis iam sint pr uectæ , & ob grarem difficulter ac magno negotio discere & meminisse omnia possunt , atq; ita sit sepe , ut non petant absolutionem nec Mensam Domini accedat , donec differre & procrastinare id possunt .

Quod si itaq; ad nos uenerint tales qui libenter facerent quæ deberent , si scirent il la , qui tam sunt rudes , nec tamen mali , in quibus non est supina & affectata ignoran tia , qui doceri petunt , illorum conscientiæ sunt pungendæ acriuscule , ut agnoscant & sentiant

sentiant se esse miseros peccatores, & se ege  
re atq; opus habere gratia Dei.

Vbi ergo quis ad nos ueniēs in hanc sen  
tentiam aliquid dicit. Venerande Domine,  
Venio hīc ad uos ut me quoq; declarem es  
se hominem Christianum, & uellem liben  
ter præstare quæ pium & Dei timore præ  
ditum hominem decēt, sed nescio quid hīc  
mihi sit faciendum & quomodo me para  
re debeam, ut dignè mensam Domini acce  
dam. Quare rogo uos, ut me in ijs quæ ad  
rationem pietatis & salutis mēx pertinent,  
edoceatis & informetis. Ibi Pastor interro  
get, an etiam teneat Decalogum, & quid  
Deus in eo ab omnibus hominibus requi  
rat quid facere & quid omittere debeant, si  
respondet se eum nescire, (ut multi sunt re  
spōsuri, cum pauci ex sacrificiis eum te  
nuerint sub Papatu, ut mirum nō sit Laicos  
quos uocant, eius rudes fuisse. ) sīq; dederit  
significationem aliquam se dolere, q; eum  
nesciat, ibi in hanc sententiam eum admo  
neat Pastor. Cūm decem præcepta Dei i  
gnores, certum est, te ea multò minus præ  
stitisse aut seruasse. Sed id est peccatum om  
nium maximum & longè grauissimum,  
quod homo committere potest, tam nullo  
Dei timore præditum esse, & nulla cura di  
scendi ea quæ ad gloriam Dei & salutem  
nostram pertinēt, teneri, ut intra annos ui

ginti aut triginta aut quadraginta, aut plures ea tam necessaria non didicerit, & nihi Iosecius tamen quotidie tot Dei beneficijs & donis fruatur, habeatq; gratuito à Deo corpus, animam, sensus, rationem, esculenta, poculenta, aliaq; uitæ necessaria, Imò cum filius etiam Dei se totum tibi dederit, tibi seruierit suā Passione & Morte ut te liberaret & saluaret, cumq; de tantis Dei beneficijs quotidie tibi prædicetur, tamen tam securè stertere, tam illis immensis Dei beneficijs non moueri, ut uel semel cogites, aut inquiras, quid Deo tam bono, tam clementi, tam misericordi, tam indulgenti debeas, quæ uicissim officia illi à te præstanta sint ad ipsius gloriam & laudem, ut que gratitudinis aliquam significationem dares pro tantis & multiplicibus uarijsq; Dei donis & beneficijs, Dubium non est, Satanam ibi regnare potenter pro sua libidine & illius hominis cor occupasse, quod tā earum rerum quæ ad pietatem pertinent, uacuum est. Nec fieri potest ut hominem tam omnis pietatis rudem, maximè si id dicere nollet nec se moneri ac doceri patetur, non impellat Satan quò uelit & ex alio in aliud peccatum præcipitet. Quare cum tu quoque pietatis tam sis rudis, si nunc subito animam efflares, tam horrendum DEI & uerbi ipsius contemptum coram

coram stricto & seuero ipsius iudicio certè nunquam probare aut excusare posses, sed esset tibi ob tantam impietatem in desperationem & æternum exitium ac damnationem ruendum. Hoc cogita, & certum esse omnino tibi persuade.

Cùm autem Deus pro sua clementia te hactenus superstitem seruarit, vide ut tam horrendum peccatum agnoscas & ex animo ob id doleas, Dcumque roges toto pectore, ut tibi id condonet & tui misereatur, suaque gratia tibi adfis. Vide etiam & da operam ut posthac sis pius, sanctum uerbum Dei & Euangelium studiose, diligenter, attentè, & magna animi Religione atque humilitate audias & discas, & ut uitam tuam iuxta id exigas & omnibus pietatis officijs Deo te probes, &c.

In hanc formam & sententiām ( inquit ) sunt isti admonendi & castigandi, qui rudes sunt uerbi Dei aut ueræ pietatis & qui in ea securitate & impoenitentia ad tempus uixerunt, ubi uenient Confessionem suam edituri & Absolutionem petituri, ut ad peccatorum suorum agnitionem perducantur, & ut conscientia in ipsis excitetur & pungatur, quod expauescant & perterrefacti doleant.

Vbi enim non agnoscitur peccatum , nec cōscientia perterrefit , ibi Christus non magnificat , nec cogitant Euangelium esse tam preciosum thesaurum , tam inæstimabile cimelium , uerbum salutis , ut Paulus uocat , & omnis gratiæ ac fœlicitatis , & quòd tam certam , tam firmam , tam opulentam & æternam consolationem etiam in media morte suppeditet . Si uero tali bus hominibus peccata ipsorum eo modo reuelantur & ob oculos ponuntur , aut si ad agnitionem peccatorum suorum etiam citra commonefactionem confessionarij aut Ministri Ecclesiæ per se perueniunt , ut se uideant esse miseros & deploratos peccatores , siq; è uerbo Dei informari & consolacione se erigi petunt , quòd à peccatis libera-ri queant , ibi ad hunc modū & in hanc sententiam sunt docendi & consolandi .

Dilecte frater , aut dilecta soror in Christo . Quòd te miserum peccatorem agnoscis , id ualde probandum est , estq; certum argumentum & documentum , tibi Deum esse propicium . Nam si peccatum non agnoscitur , si quis non ex animo dolet & perterrefit , id signum ualde malum est , & metuendum est Satanam eius hominis qui peccatum non agnoscit eorū totum occupasse & indurasse . Quòd itaq; tua peccata agnoscis , quòd sic expauescis & ob ea ex animo doles ,

les,& quod ijs liberari cupis, id certò statu  
es esse singularem & eximiam Dei gratiam  
& spiritus sancti opus, pro quo ex animo  
sint tibi gratiae Deo agendae. Maiores autem  
debes ei gratias quod te in peccatis tuis,&  
in dolore & pauore illo non patitur ruere in  
desperationem, sed quod tam tibi est propri  
cius, ut te ex Euangelio suo sacrosancto per  
& propter Christum consolationem & remis  
sionem petere doceat.

Ne autem de gratia illa Dei erga te dubi  
tare, sed ut certò statuere queas, Deum tibi  
esse propicium, utque conscientia tua sit qui  
etior & tranquillior, ideo & ego uerbum  
Absolutionis tibi annunciaro & impetrar,  
per quod uerbum ea gratia, quae aliás in pu  
blicis concionibus Euangeli toti mundo  
in genere promiscue prædicatur & annun  
ciatur, tibi pro tua persona priuatim hic &  
speciatim promittitur & applicatur, & hac  
ipsa hora donatur. Et hęc Absolutionis uer  
ba, mi frater in Christo, (aut mea soror in  
Christo) quae iuxta promissionem Dei tibi  
sum annunciaturus sic accipies, & tanti fa  
cies, ac si per uocem è cœlis missam ac sona  
tem ea gratia & peccatorum remissio tibi  
denunciaretur & promitteretur. Et hoc no  
mine gratias Deo ex animo agere debes,  
qui eam potestatem Ecclesiæ & Christianie  
in terra dedit.

## FORMA ABSOLUTIONIS.

Deus Omnipotens, & Pater Domini nostri Iesu Christi sit tibi propicius & misereatur tui, tibique condonet omnia peccata tua propter merita filij sui dilecti Iesu Christi, qui pro ipsis passus & Mortuus est. Et in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi ex ipsis mandato, & uirtute uerborum ipsius, ubi dicit, Quorumcumque remiseritis peccata, remittuntur eis, pronuncio te ab omnibus peccatis tuis liberum, immunem, & absolvitum, ut omnia tibi sint condonata, tam copulenter, tam certe, & tam plene, quam Iesus Christus id sua Passione & Morte est promeritus, & uoce Euangelij in toto mundo annunciar mandauit. Et hanc consolatione plenissimam præmissionem, quam in nomine Domini nostri Iesu Christi ex ore meo nunc audisti, tibi factam esse non dubitabis, eaque te consolaberis & animum tuum eriges ac confirmabis, tuamque conscientiam & cor pacificabis, ac certe statues, firmiterque credes omnia peccata tua tibi in dubiè condonata esse in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Vade in pace.

**¶ QVOMODO AEGROTANTES**  
informandi & consolandi fint.

Dilecta uel dilecta in Christo. Cùm Dominus

missus Deus te uisitauerit, & in hanc corporis imbecillitatem coniecerit quò uoluntati diuinæ tuam submittas & patienter eam Crucem feras, scire & certò statuere debes, Primo corporum nostrorum aduersam ualetudinem nobis à Domino Deo nullam aliam ob causam quam propter peccatum immitti, & peccatum Originale quod à primo parente Adam in nos hereditate derivatum & propagatum est mortem & quicquid ad regnum mortis pertinet, omnes defectus, uicia, infirmitates, morbos, ærumnas, miseras, calamitates &c. secum afferre & unà adducere, ac comitari. Si enim nullum in nobis hereret peccatum, tum nec mors, multò minus morbi & aliæ calamitates nos affligerent.

Secundò. Ne tamen in peccatis, morbis & omnigenis afflictionibus & temptationibus nostris & in mortis angustia ac periculo desperaremus, docet nos sacrosanctum Euangeliū, per Christum Dei filium nos à peccatis liberatos esse & saluari, si promissionem eius fide apprehendimus. Id autem fit dupliciter, Primum hic in terris per uerbum Euangeliū & Sacra menta sacrosancta corda & conscientias nostras purificat, Actorum decimoquinto. Purificás fide corda illorum, &c.

Deinde ubi consciētię nostrę eo modo à

peccatis sunt purificatæ, & cum Deo Patre per fidem reconciliatae, necesse est, ut & peccatum è natura & substantia nostra expurgetur & in ea aboleatur, utq; tandem ab omnibus peccatis mundati, iusticiaq; & puritate diuina repleti, perfecti fiamus, quod cum Deo in omnem æternitatem uiuere queamus.

Tertiò, Quòd id fiat, & in nobis perficiatur, immittit nobis Deus morbos, imò & mortem, non eo animo, quòd nobis indignetur, & malè cupiat, nosq; perdere uelit, sed pro summa erga nos misericordia & benevolentia, ut nos in hac uita ad ueram pœnitentiam & fidem cogat, & ut tandem nos à peccatis, in quibus hæremus, quibus infestis & inquinati sumus, & ex omnibus calamitatibus atq; ærumnis tam corporalibus quam spiritualibus liberet, sicuti Scriptura copiose & luculenter testatur. Sic enim ait Paulus. primæ Corinthiorum undecimo. Cùm iudicamur, à Domino corripimur, necum mundo condemnemur. Item Roman. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: nec afflictio nec persecutio nec angustia, nec fames, nec nuditas, nec periculum, nec gladius, necq; mors, necq; uita, nec quicquam aliud eos potest separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Quartò,

Quartò, Cùm igitur ita res se habeat, cùque tu ex Euangeliū sacrosancti doctrina, quæ ore filij Dei Domini nostri Iesu Christi est annuntiata, eiusq; morte & resurrectione confirmata, certò statuere possis, ut omnino nihil hæfitare queas, omnia tua peccata à te in Christum, imò & à Christo uniuersa translata, & in perpetuum abolita ac deleta esse, & sic coram Dei cōspectu nullam causam iræ & damnationis contra credentes esse residuam, sed meram gratiam, consolationem, uitam, & salutem, cum Deus Pater nunc te aspiciat, non ut peccatorē feedum, damnationi obnoxium, ab Adamo progenitum, sed ut plenè & absolutè iustum ac sanctum suum in Christo filium, in cuius filij iusticia ac uita tu tam certò uies & in æternum saluus futurus es, si modò credideris, quām certum & uerum id est, quod nō propter sua, sed tua peccata, iram Dei in se suscepit, eamq; pertulit & prote dependit ac mortuus est. Hæc infige animo tuo, id constanter & firmiter tibi persuade, eaq; gratia & clementia Dei te consolare atq; confirma, ac scito peccatum, Dei iudicium, mortem & infernum nihil tibi negocij facessere, nihilq; te lædere posse, & ab ihs omnibus te liberatum esse, & Christum, unicum illum Dei agnum, ea in se omnia suscepisse & ab illo gestari. Ioan. I. nec illum

238 De ægrotantibus, &c.

tantū ea in se suscepisse, sed & per seipsum  
uicisse, & in æternum deleuisse, & abole-  
uisse. Quapropter per & propter Christum  
Iesum Dominum tuum, à Deo Patre om-  
nem gratiam, consolationem, omnium be-  
neficiorum affluentiam, & ueram æter-  
namq; salutem expectabis, Hæc tibi de eo  
promittes, hæc sperabis ipsum tibi certò da-  
turum, & hac fiducia tota uoluntati ipsius  
paternæ te submittes ac dices, Dominus  
lux mea, à quo timebo. O Pater in cœlis. Fi-  
at uoluntas tua. In manus tuas commen-  
do spiritum meum, &c.

\* QVOMODO ÆGROTAN-  
tibus Cœna Domini sit mini-  
stranda.

Cùm ægrotus uerbo Dei est informatus,  
& animus eius per absolutionis uocem cō-  
solutione erectus, adornetur mensa, impo-  
natur ei mappa munda, panis & uinum  
ad Communionem aut Cœnam eam alla-  
tum. Id ubi factum est, Psalmus aliquis con-  
solatorius recitetur, ut 24. Ad te Domine  
leuavi animam meam, aut breuior ali-  
quis, ut 129. De profundis, &c. Hinc præ-  
legantur ægroto consolatorijs aliquot Te-  
xtus

stus è uerbo Dei, ut Iohannis tertio . Sie Deus dilexit mundum, usque ad illa uerba: Qui credit in eum non iudicatur, &c. Item Euan. è cap. 6. Ioan . Omne quod dedit mihi Pater: usq; ad hæc uerba, Et ego su scitabo eum in nouissimo die. Lectis his Eu angelij pericopis oretur precatio Domini nica unà cum ægrotante. Mox recitet minister uerba Cœnæ de pane. Recitatis ijs uerbis porrigat corpus Domini ægroto, dicens: Corpus Domini nostri Iesu **CHRI STI** pro te in morrem traditum, confirmet & seruet te in fide ad uitam æternam, Amen.

Deinde sumpto Calice recitet uerba alterius Cœnæ partis , Quæ ubi recitauit, porrigat ægroto & Sanguinem Domini dicens. Sanguis **D O M I N I** nostri Iesu Christi pro tuis peccatis effusus confirmet & seruet te in uera fide ad uitam æternam, Amen.

Hinc recitet cum ægroto n<sup>o</sup> 5 Psalmum: Laudate Dominum omnes gentes, Laude eum omnes populi, Quoniam confirmata est super nos misericordia eius & ueritas eius manet in æternū. Aut, si placet, Psalmū 103. Lauda anima mea Dominum. Postre mō adjiciatur Benedictio , Numeri sexto, Dominus benedicat tibi & custodiat te. Ostendat Dominus faciem tuam tibi & misere-

atur tui, Conuertat Dominus uultum suū  
ad te & dñe tibi pacem, Amen.

Post ministratam Cœnam & alio tem-  
pore possunt æ grotto etiam prælegi alij Psal-  
mī consolatorijs, si audire eos æ grotus po-  
test & cupit, ut Psal. 90. Qui habitat in ad-  
iutorio, &c. Item 116. Cōfitemini Domino.

### DE SEPVLTVRIS.

Si contemptores & hostes ueritatis, ut  
præfracti Papistæ, aut Anabaptistæ in sua  
cæcitate tam obstinatè perseverant, ut ante  
suum ex hac uita deceatum Coenam corpo-  
ris & sanguinis Iesu Christi non sumant, at  
que ita in errore & in odio contra Deum  
miseras animas exhalent, Item si alij prossi-  
gatæ impietatis homines, uerbi diuini con-  
temptores, adulteri, scortatores, Vsurarij, li-  
ne penitentia & uitæ emendatione & ab-  
que sumptione Cœnæ Domini ex hac uita  
discedunt, Tales ceremonijs in Ecclesia usi-  
tatis non sunt tumulandi, sed sine cantioni-  
bus & Psalmis & processionibus clancu-  
lum in cœmiterium deferēdi atq; human-  
di sunt.

**¶ QVOMODO SPONSI ET SPON-**  
sæ copulandi & benedicendi  
fint.

Primò illi qui Coniugium inituri sunt,  
renunciari debent per tres Dominicās an-  
te nuptiale

te nuptiale conuiuum, coram tota Ecclesia, & promulgari his uerbis.

Iohannes N. & Margareta N. cupiunt sanctissimo fœdere matrimonij copulari, Petunt itaq; ut in Ecclesia pro ipsis publicæ preces fiant, quod in nomine Dei & auspica tò id uitæ genus amplectantur & ingredi- antur, utq; fœliciter id ipsis cedat. Si quis putat eos non posse inter se matrimonium contrahere, siq; impedire id conatur, is faciat id & loquatur satis tempestiuè, & taceat postea. Deus det ipsis benedictionem suam, Amen.

Cum per tres Dominicas ita sunt renūciati, ibi ubi sunt copulandi, possunt uel ante templum, uel in templo, aut in ædibus coniungi ad hunc modum.

Primum interrogetur Sponsus, nomina- tim compellatus, num expetat sibi in uxori coram astantem puellam uel uiduam, quam nominabit suo nomine. Interroga- tus sponsus respondeat. Ita. Deinde no- minatim interrogabit Minister & Spon- sam, an expetat sibi in maritum coram a- stantem Sponsum, &c.

Respondeat. Ita.

Hic mutuò sibi porrigit annulos spon- sales aut coniugales, coniugij symbola & tesseras, & utriusq; dextram manum con- iungens dicat, Quod Deus coniunxit ho-

Q

242 De Sponso & Sponsa:

mo ne separer. Cūm itaq; N. N. Sponsus & N. N. Sponsa mutuo sese expetant, ut in coniugio unā uitam suam transfigant, cumq; id hic publicè coram Deo & mundo profiteantur, atque etiam porrectis dextris & annulis sponsatorijs id testentur, ideo cōiungō eos, & coniuges pronuncio ac confirmo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen.

Si solenniter in templum se conferre uolunt, iuxta Ceremonias & ritus hos sequentes solennitas ea in templis celebrari potest. Primum canatur Psalmus 126. Nisi Dominus, &c. uel 127. Beatus qui timet Dominum. Finito Psalmo legi potest lectio aliquā ex Euangelistis huc quadrans, ut Euangelium Iohannis cap. 2. de nuptijs in Cana Galilææ. Eo lecto canatur, Veni Sancte Spiritus. Hinc Minister uerbi accedat ante Altare & iubeat sponsum cum sponsa quoque accedere, legatq; super eos uerbū Dei, uidelicet uerba ē cap. 2. Gene. Dixit Dominus Deus. Nō est bonum hominem esse solum, usquē ad uerba, Erunt duo in carnē unā.

Deinde uersa ad ipsos facie compellat eos ad hunc modum. Cūm cōiugium in nomine Domini amplexi sitis, audite primū de hoc uitæ genere Dei mandatum. Sic inquit Paulus Ephe. 5. Viri diligite uxores uestras,

stras, &c. usq; ad hæc uerba, sicut & Dominus Ecclesiam . Deinde uerba illa, Vxores proprijs uiris subditæ sint uelutí Domino, &c. usq; ad uerba, Viri diligite &c.

Secundò. Audite etiā quam crucem huic uitæ generi Deus imposuerit. Sic dixit Deus mulieri. Multiplicabo ærūnas tuas, &c. usq; ad uerba, in puluerem reuerteris.

Tertiò. Consolari tamen uos hoc debet, quod scitis istud uitæ uestre genus Deo esse acceptum & à Deo benedictum. Sic enim scriptum est, Gen. i. Creauit Deus hominē ad imaginem, &c. usq; ad finē eius capitis.

Et Salomo inquit, Qui inuenit uxorem inuenit bonum , & hauriet uoluptatem à Domino.

His lectis manum leuet super ipsos & operet sequentem prectionem.

Domine Deus qui masculum & fœminam sic condidisti ut coniugio sint idonei, quicq; fructu uentris eos benedicis, Qui & mysterium dilecti filij tui Iesu Christi & eccliam sponsam ipsius per coniugium significasti & figurasti, & id imaginem amoris filij tui erga Ecclesiam esse uoluisti, rogamus inexhaustam tuam bonitatem & benignitatem, ne patiaris illud tuum Opus , Ordinationem & benedictionem intercidere, turbari, exolescere, aboleti, sed ut id clementer in genere humano,

244 De celebrandis nuptijs.

conserues per Iesum Christum Dominum nostrum, Amen.

Si qui uolunt, cani potest & Te Deum laudamus Latinè aut Germanicè, & tandem generalis illa Benedictio uice conclusionis legi, è Numerorum 6. Benedicat tibi Dominus, &c.

DIEBVS DOMINICIS NON  
celebranda esse nuptialia  
conuiuia.

Cùm Deus seuerè præceperit, ut Sabbathum sanctificetur, hoc est, ut omnia opera & negocia quæ ministerium uerbi impediunt & populum à concionibus uerbi diuiní auocant intermittantur, eoq; tempore uerbum Dei tractetur, discatur, audiatur, & meditando animis insigatur, Cumq; conuiuia & nuptiæ quæ celebrantur dieb. Dñicis, multos homines impediāt, ne cōciones audiāt, ideo Pastores & alij Ecclesiæ ministri posthac diebus Dominicis & alijs festis diebus Sponsos & Sponsas publica illa solennitate & ritu non coniungent, aut copulabunt, ut uocant, sed populum admonebūt, ut ijs diebus occupentur audiendo & meditando uerbo Dei, significabuntq; ut diebus profestis nuptialia illa conuiuia adornent.

COMMONEFACTIO AD PASTORES omnium Ecclesiarum, ut popu-

lum

Ium s<sup>e</sup>pe admoneant & informent quæ  
sint legitimæ copulationes, aut quas perso-  
nas liceat coniungere, quas non liceat.

Omnis homines s<sup>e</sup>pe considerare & co-  
gitare debent, Deum esse substantiam sapi-  
entem, iustum, beneficam, castam & puram,  
qualem se in lege sua & poenis manifestis  
patefecit. Nec dubium est, quin certò multi  
plices ac graues poenæ sequantur incestus  
& uagis libidines alias, etiam in hac breui  
& misera uita, quibus poenis Deus ostendit  
quantopere irascatur istis libidinum con-  
fusionibus, quamvis multi impij non co-  
gitent Deum esse uindicem, & earum pœ-  
narum autorem. Sed ubi ipsi poenis affici-  
untur, ibi fateri coguntur, Deum horribi-  
liter irasci his & alijs peccatis, & maximè  
incestis libidinibus, sicut & uerbo suo &  
exemplis testatur. Sic enim scribitur Leui-  
tici 18. Omnis anima quæ fecerit de abomi-  
nationibus his quippiam, peribit de me-  
dio populi sui. Nota quod dicit, Omnis ani-  
ma, id est, omnis homo. Hic nemo excipi-  
tur, non Cæsar, non rex, non principes, no-  
nali Domini, sed omnes tam publicas quam  
priuatas personas, tam uiros quam mulie-  
res complectitur, &c. Exempla etiam con-  
flagrationis ciuitatum Sodomæ & Gomor-  
ræ & uastationis terræ Canaan, & exilij Da-  
uidis ostendunt, Deum esse iudicem & VI-

246 Delegit misericordia copulat.

torem horum peccatorū. Et hæc ideo sunt scripta , ut in exemplis & poenis aliorum id discamus & confiteamur, Deum præsentem ea flagicia uidere, & iustum iudicē esse, eumq; ea puniturum, quò aliqui conuertantur, & ut sciant illi , q; non cōuertuntur, ubi uident corporales has poenas infligi , q; sint in æternas anxietates , dolores & exitium suituri.

Huius Dei ultionis contra uagas libidines sæpe commonefaciendus pro cōcione populus, & edocēdus est, ut omnes illicitas commixtiones aut libidinum confusiones uitent. Sunt autē hoc quoq; docendi q; Coniugium sit ordinatio & opus Dei, & id Deo probari & placere , idq; genus uitæ ad Dei gloriam in Dei timore & inuocatiōe reuerenter & piè esse capessendum & amplectē dum, semperq; in eo castè ac pudicè , patienter, & in mutuo amore uiuendum, & coniuges esse Ecclesiam Dei, ideoq; debere eos unanimi corde Deum inuocare, Deo gratias agere, Deumq; laudare & mutuis precibus sibi succurrere, liberos educare, ut in timore Dei & fide uitæ suæ fœlicem Catastraphen sortiantur, ut & in omnem æternitatē in Ecclesia cœlesti unā lētentur & Deum laudent. Quomodo aut de Coniugio ecclesia instituenda sit, intelligentes uerbi ministri non ignorant. Estq; in primis necesse ut

uera doctrina de eo uitæ genere populo sæ  
pè proponatur tam propter eos, qui ætatis  
iam sunt, prouectioris q̄ propter iuniores,  
maximè tamē iuuentutē ea de re recte edo-  
ceri ualde necesse esse non dubium est. Cū  
prīmis autem diligenter notandum est om-  
nibus quæ de prima institutione coniugij  
longè suauissima & iucundissima in Gene-  
si cap 2. scripta sunt. Nam ibi legimus, q̄ Do-  
minus Euam ad Adamum adduxerit. Hic  
Dominus fuit ipse filius Dei, qui loquitur  
cum Adamo. Et Adam filium Dei uidet, au-  
ditq; auribus corporalibus filium Dei lo-  
quentem, ac sentit diuinorum illorum uer-  
borum energian, ueramq; in corde dilecti-  
onem, scit eam puellam à Deo ipso in ma-  
num sibi tradi & desponderi, copulari seu  
coniungi, ut sit legitima ipsius coiunx. Per-  
inde ac si honestus & pius aliquis pater fi-  
liam suam dilectam, puellam piam & pudi-  
cam, pio & honesto uiro, qui eam ambit &  
uxorem sibi eam dari expetit, in nomine  
Dei, ipsi in manum tradit & coniungit, si-  
cut id in honestis & legitimis copulationi-  
bus in templis usitatè fit.

Cur autem id ita factum & scriptum est?  
Primum ob id, ut DEVS hoc manife-  
sto uerbo & hac coniunctione manifeste  
indicaret & testaretur, se coniugij autorem  
& auspicē esse, & id genus uitæ se instituisse,

248 De legiti mis copulat.

sicuti & statim subsequitur Regula illa & Ordinatio in qua omnes aliæ illicitæ commixtiones & uagæ libidines prohibentur. Erunt duo in carne una , uidelicet unus mas & una fœmina inseparabiliter sint coniuncti,

Secunda causa est, ut Deus clarè hoc ipso doceret & testaretur, quod uelit Pater conjugorum esse & paterna benevolentia ipsos complecti & prosequi , in necessitatibus iuuare & subuenire, alere, defendere, ut ibi Adæ & Euæ Paradisum iucundissimam & fragrantissimam dat incolendam.

Tertia causa est, ut doceret & testaretur quod & iuxta patris officium sit sumpturus poenas de illis qui in eo uitæ genere nota uiuunt ut decet.

Quarta causa, ut sciant omnes alias commixtiones & libidines uagas à Deo prohibitas esse, ac proinde ijs grauiter peccari, ac Deum serio offendit, Deumque eos qui sic delinquunt, punitur. Atque ideo dicit Christus , Quod Deus coniungit, homo ne separet, &c.

Quinta causa est significatio, Ut Deus uirginem Euam ipsi Adæ adducit, Ita naturalis patris consentius, uoluntas , & suffragatio atque auxilium accedere debet, ubi coniugium liberi inituri sunt.

Sexta causa est, mysterium de Ecclesia,  
quia

quia in his personis, Adamo & Eua, Deus Ecclesiam suam in genere humano auspicatur, & ob id duas personas creauit, ut essent una Ecclesia, Deum unam inuocarent & glorificarent. Suntque multæ graues & salutares doctrinæ in paucis illis uerbis ubi Tertius dicit, quod Deus adduxerit Euam ad Adamum.

Sed cum magna in multis sit imprudētia, sic ut in gradibus consanguinitatis & affinitatis, in quibus coniungi non possunt, coniugium inire uelint, consultum uideatur, ut Pastores singulis annis semel auctoribus populum hac de re admoneant & erudiant, diserteque indicent, quæ personæ nequeant coniungi legitimè. Ad eum usum prælegant populo 18. caput Leuitici & recte explicent. Atque etiam eam quæ sequitur ea de re informationem ac regulas propone-re possunt.

Prima regula de Consanguinitate. Omnes commixtiones cum patre, filia, nepote & nepte, Deus immutabiliter prohibuit, easque punit corporalibus poenis horrendis, sique poenitentiam non agunt, æternis etiam poenis. Et hæc Regula in recta linea tam ascendentium quam descendantium, ligat omnes personas. Prohibita est enim commixtio inter omnes sursum & deorsum. Nulli ascendentes & descendentes inter

se possunt connubium contrahere.

Secunda regula. Commixtio cum fratre aut sorore, aut cū patre aut matre aut auunculo, id est, matris tuæ fratre, aut materteram, id est, matris tuæ sorore, est illicita & prohibita. Hinc liquet nemine posse ducere filia fratris aut sororis suæ, nec ullam posse nubere sui fratri aut sororis filio.

Sæpè autem ea quæstio incidit, ideo dissentè & clarè populus edocendus & præmonendus est, eas commixtiones lege Dei esse prohibitas.

Tertia Regula. Quamuis lex diuina concedat connubium inter patruelos & sobrios aut amitinos, id est, inter liberos duorum fratum aut duarum sororum aut fratris & sororis, est tñ ob maiorē reuerētiam legibus nostris hic quoq; gradus prohibitus. De qua re itidē populus est edocendus. Lex diuina prohibet in collateralibus primum & secundū gradum in linea inæquali, hoc est, ne frater ducat sororem, nec nepos ducat amitam aut materteram, nec neptis nubat patruo aut auunculo. Cæterum concedit connubia in secundo gradu in linea æquali, i.e. duorum fratum liberis concedit coniugium, sed nostris legibus prohibentur connubia & in secundo & tertio gradu in linea æquali, ut maiore reuerentia diminæ prohibitiones obseruentur.

Est & legibus harum regionum prohibi-  
tum coniugium in tertio gradu in linea inae-  
quali, uidelicet, ne liceat cuique contrahere con-  
suebitum cum nepote aut nepte ex patre, ma-  
tre ut sorore.

## DE AFFINITATE.

## Prima regula.

Prohibita est lege diuina commixtio om-  
nis inter te & socrum tuam, id est, uxoris  
tuæ matrem & auiam, Item inter tuam & pa-  
trem tuum & eius fratrem atque auum, Item  
inter Vitricum & priuignam, Item inter No-  
uercam & priuignum, Item inter te & uxo-  
ris tuæ nouercam. Item inter tuam uxorem  
& Vitricum tuum.

Vbi igitur queritur, an Vitricus mortua  
uxore sua priuignam ducere queat? respon-  
dendū est, id expressè lege diuina esse pro-  
hibitum. Item nec uitricum posse ducere  
neptem priuignæ suæ.

Queritur etiā aliquando, an liceat ipsi du-  
cere uiuā demortui priuigni sui. De hoc  
casu pronunciat ius Cæsareum & hanc quo-  
que commixtionem prohibet, Digestis de  
riu nuptiarum, lege, Vxorem. Id indico, cū  
sciam hanc quæstionem Pastoribus & Con-  
fistorijs saepe proponi.

Secunda regula. Lege diuina prohibetur  
itidem commixtio inter te & uxorem patruelis  
aut auunculi tui, & ita etiā inter fœminas &

maritum amitæ aut materteræ.

Tertia Regula.

Legibus nostris graui de causa prohibita etiam est commixtio inter te & sororem demortuæ uxoris tuæ. Item inter fœminā & leuirum suum, id est, mariti fratrem, qui Græcis *δεσμός* dicitur. Non licet uni ducere duas sorores, nec licet fœminę nubere duobus fratribus, hoc est, non licet connubiū contrahere cum sorore demortuæ mez uxoris aut fratre demortui mariti. Hæc quæstio aliquoties etiam incidit.

Textus in Mose expressè etiam uetat cōnubium inter te & uxoris tuæ sororem aut fratri filiam,

Quarta regula.

Duobus fratribus licet ducere duas sorores. Ut Ioseph & Cleophas fratres duxerunt duas sorores: Ioseph nutricius Christi, duxit Mariam Virginem, Christi matrem, Cleophas uero duxit Mariæ matris Domini sororem, Sic possest tu ducere sororem sororij tui, id est, mariti sororis tuæ.

Hæc regulæ & aliæ quæ in Consistorijs in locis quibus eunq; statuuntur, prælegantur populo singulis annis semel atq; iterū, unā cum 18.ca. Leuitici, quod iuniores & rudivores de Dei uoluntate & ira eius contra incestas & uagas commixtiones edoceantur & communioneant.

Ipsī

Ipsi etiam Pastores querant Consilia & Consistorijs ubi incidunt casus de quibus dubitant, & in quibus certi nihil statuere possunt.

Est etiam cum primis necesse, ut populus recte edoceatur de Coniugio & de castitate ac puritate quæ Deo probatur. Ut maximè tales commonefactiones non æquè magnum fructum apud omnes auditores faciant, & multi ijs non moueantur, non tam uerbum Dei reddit uacuum, non tam sine omni prorsus fructu docetur. Aliquot eo suo uerbo uult conuertere, & aliquot in bono proposito confirmare, iuxta Parabolam de semine quadruplici, Matt. 13.

Estq; certissimum diligentem meditatiōnem diuinorum præceptorum & horrendarum penarum in multorum cordib; non citra magnum fructum fieri. Atq; idē Deus in primis ea, quæ ad coniugium & castitatis doctrinam pertinent, in multis locis inculcat ac repetit. Ea omnia ideo certè sunt facta & scripta, ut omnibus temporibus & momētis diligenter cōsiderentur. Et filius ipse Dei dixit ad Abrahamum. Nū cōlare potero Abrahamo quæ gesturus sum. scio enim quod præcepturus sit filijs suis & domui suæ post se, ut custodiant uiam Domini & faciant iudicium & iusticiam &c. & dixit, Clamor Sodomorum & Gomor-

reorum multiplicatus est & peccatum eoru aggrauatum est nimis, &c. significas q̄ propter peccata eas ciuitates delere uelit.

Atq̄ ideo nos quoq̄ hanc doctrinam & commonefactiones alijs sepe proponamus & ipsi consideremus.

Est & hoc probē ac diligēter obseruandū, apud nullas idolatricas gētes in toto mundo puram ac sanā de Coniugio & uera castitate doctrinā mansisse, sed in sola uera Dei Ecclesia. In ea Deus suum de coniugio & castitate mandatum atq̄ Ordinem conseruavit. Estq; singularis & eximia commendatio ueræ Ecclesiæ, eiusq; honor, laus, & gloria, ac manifestum testimonium contra I-dolátras, hunc duntaxat costum esse Dei populum, in quo hæc ipsius ueritas mansit.

D. Paulus hoc q̄q̄ refert inter symbola, tesseras atq; notas illas unde cognosci possint hæretici & fanatici, q̄ fint prohibituri matrimonium, & libidines uagas approbaturi ac confirmaturi. Sic Martion & alij in totum improbauerunt id uitæ genus, prohibentes ne quis matrimonium iniret. Cato pocrates & alij docuerunt esse opus sanctum, si foeminæ se omnibus promiscue prostiuerent. Ut in his hæreticis tales errores Diaboli cauteria fuerunt, unde pri agnoverunt Martionem, Carpocratem ac similes non esse Dei Ecclesiām, Ita quoque scias

ac statuas Papam & Episcopos, coniugium prohibentes, & Anabaptistas, qui fœdus coniugij dilacerant, distrahunt ac diuel-lunt, non esse Dei Ecclesiam. Et hæc consolatio in nostris Ecclesijs magnificienda est, quod singulari Dei dono in nostris Ecclesijs sana doctrina & iudicia legitima de Coniugio sunt. Est & orandus Deus, ut multi eam doctrinam sequantur, cumq; in castitate pia inuocent.

Supra hæc omnia & hoc obseruetur, quod Deus uelit ideo etiam de Coniugio recte doceri, ut ea doctrina damnentur im-puri isti spiritus diabolici.

Hæc breuis commonefactio & informa-tio addita est, ut quisque Dei iudicium ipse expendat, 1. Corinthiorum 6. Scortatores, adulteri, immundi, molles, incestis flagicijs & stupris polluti, &c. non hereditabunt regnum Dei, utq; Deo præstet obe-dientiam, uagas libidines uitet, & à Deo do-num castitatis petat.

Est & Magistratus politici officium, ut adulteria manifesta, & alias libidines manifestas seueriter puniat & impeditat.

Deus omnipotens & uerus, Pater Domi-ni nostri Iesu CHRISTI, quem mundicie & castitatis amantem esse certissimum est, pro sua infinita misericordia nos re-gat ac gubernet, adiutque nobis gratia sua,

ut in uera obedientia, quam omnibus diti  
nis mandatis debemus , ipsi seruiamus,  
Amen.

# Quarta pars,

## DE CONSERVATIO NE PIARVM SCHOLARVM & studiorum.



Mnipotens Deus pro im-  
mensa misericordia sua hu-  
mano generi propter Filiū  
suum dilectum omnibus  
temporibus sese patefecit  
certis & illustribus testimo-  
nijs, promissionemq; de gratuita propter  
Christum misericordia & peccatorum re-  
missione dedit, eamq; suam patefactionem  
ac doctrinam per Prophetas & Apostolos  
in certa scriptorum monumēta referri uo-  
luit. Et ipse Decalogum in lapideas tabu-  
las scripsit, Prophetarumq; & Apostolorū  
scripta legi ac disci iussit. Atq; ita ad eorum  
scripta nos alligauit, ut nulla ibi sit Eccle-  
sia , ubi alia q; hæc unica doctrina, quæ in  
Prophetarum & Apostolorum scriptis con-  
tinetur, cognita & suscepta est . Vnica autē  
hæc

hæc Prophetarum & Apostolorum doctrina omnibus temporibus proponi atq; an-nunciari & propagari ad omnem posteri-tatem debet.

Cùm autem ex ijs scriptis doctrina salu-tis haurienda sit, necesse est esse aliquos qui legere ea possint. Qui alios docere debet, e-um necesse est ante habere probè præmedi-tatos & cognitos præcipuos Scripturæ lo-cos ac eius præformatam methodum, quæ initia, progressiones ac metas doctrinæ mō-stret, ac scire ubi & quomodo omnes articu-li fidei in diuinis Scripturis sint fundati & explicati.

Et ut de germano & genuino Scripturæ diuinæ sensu ac mente certi simus, multos esse necesse est, qui Prophetarum & Apo-stolorum linguas intelligent, ac uerum & ger-manum earum sensum aperiant, testimo-niumq; ferre queant.

Breuiter, qui alios rectè & methodicè do-cere atq; instituere debet, eum oportet in-structum esse illis artibus liberalibus & in-genuis, quæ ad id opus & munus obeundum sunt necessariæ, & quæ instrumenta atq; subsidia præbét ut dexterius & fructu-osius id administrare queamus. Ac de lecti-one expressè mandatum est 1. Timoth. 4. Attende lectioni, exhortationi seu consola-tioni & doctrinæ. Quo loco non temerè pri-

258 De cōseruat.Scholarum,

mus locus datur lectioni . Euangelij enim doctrina longissimè discernenda est ab alijs artibus, religionibus & Sectis. Alix artes habent initium & oriuntur è naturali intellectu aut è ratione, ut numerare, metiri, etiamsi nunquam quicquam de illis scriptum esset. Sed diuina promissio de gratia non est lux quæ nobis sit innata aut nobiscum nata, ut numerorum, & ordinis ac consequentiarum noticia, & legis doctrina, sed est mirabile consilium Dei supra & extra omnium creaturarū captum, estq; singulari quodam modo manifestata, perq; Prophetas & postea etiam per Apostolos conscripta. Atq; ideo doctrina Christiana exordium sumit à lectione.

Et 2.Petri 1. sic scriptum est : Habemus sermonem Propheticum , cui dum atten-  
ditis ceu lucernæ apparenti in obscuro lo-  
co, rectè facitis, donec dies ilucescat, & Lu-  
cifer exoriatur in cordibus uestris , si illud  
prius noueritis quod omnis Propheta  
Scriptura non sit priuatæ interpretatio-  
nis, &c.

Et Paulus Galatarum primo . Si quis a-  
liud Euangelium prædicauerit, anathema  
fit. Paulus uero suam doctrinam conscri-  
psit. Ea est legenda & meditanda, si scire  
uolumus quid docuerit.

Ex his & multis alijs testimonijis liquet,  
Deum

Deum serio uelle, ut sint qui alios instituant, qui Sacras literas prælegant, qui scriptis Ecclesiam ædificant, qui linguarum cognitionem habeant, qui artes doceant, utque sint auditores aut discipuli, qui discant, & quorum opera conseruentur monumenta & lucubrationes eruditorum, & linguae, quiue doctrinam pietatis & bonas artes propagent.

Nec parum consolatur id tam doctores quam discipulos, quod sciunt hunc laborem suum à Deo mandatum esse, & eum Deo probari ac placere, Deumque uelle ex labori adesse, eum laborem gubernare & bene fortunare, intellectum & gratiam dare, & illorum qui sic laborant curam agere, illis prospicere & eos tueri atque alere, sicut ad Leuitas ait, Ego hæreditas uestra sum.

Et inde ab initio semper singulari quadam Dei prouidentia Scholæ honestæ in præcipuis Ecclesijs fuerunt, ut apud Tabernacula Israelitarum, & postea Antiochiae, Alexandriae, &c. Et ipse Apostolus Ioannes fuit Lector aut professor Scripturæ, post hunc Polycarpus, Irenæus, & alij.

De his sèpè cōmonefaciēdus est populus, ut pij & Dei timētes ita admoniti & excitati liberos suos studijs adhibeāt, & cōfescrent,

utq; hoc nomine gaudeant, quod liberi ipsorum in doctrina pietatis & bonis artibus educantur, & ad Ecclesiastica munia & ritus ac disciplinam assuefiunt, inq; pijs cœtibus Deum cum alijs laudant, celebrant & inuocant, quorum multi postea fiunt salutaria Ecclesiæ organa, uocati ad uerbi ministerium, aut alias honestas & pias in Ecclesia functiones & gubernationes. Et ipsi parentes quantum in ipsis est, toti in hoc esse debent, ut liberi ipsis ita edacentur & instituantur, sicuti Tit. 3. monet Apostolus ubi ait, Discant & nostri bonis operibus præesse ad necessarios usus, ut non sint infugiferi. Item Ephe. 6. Patres educate liberos uestros per eruditionem & correptionem Domini.

Omnes itaq; intelligentes sciant, non tantum Scholas triuiales, quas uocant, (in quibus Latina Grammatica & Catechismus docentur) esse necessarias, sed & linguam Hebræam & Græcam conseruari oportere, Item Prophetarum & Apostolorum scripta adultioribus, qui in literis humanioribus aliquousq; profecerunt, enarranda esse. Item Historias & mathemata cognosci oportere, ut Calendaria, quæ uocant, aut Diarij & annales ac Chronica conseruentur.

Hæc omnia sunt ad Ecclesiæ gubernationem necessaria. Ad cōscrutationem etiam uitæ

## De conservat. Scholārum. 261

uitæ humanæ opus est eximio illo Thesauro artis Medicæ , quam Deus ad usum humani generis condidit , de qua nihil sciri posset, nisi Deus quosdam excitasset, qui ad utilitatem posteriorum laborassent , & libris artem Medicam complexi fuissent.

Porrò est & hæc Dei uoluntas, ut in imperijs & Ciuitatibus ac Cœtibus omnibus sint certæ leges . Atque ideo laudatissimus ille Saxonius Cæsar Lotarius præcepit, ut Veteres illæ Romanorum leges ab homini bus sapientissimis & prudentissimis scriptæ in usu essent & legerentur.

Vt autem iam dictæ linguae , artes , & leges doceātur & discantur, opus est ijs scholis , quas uocant Academias aut Vniuer- sitates.

Ergò Nos, Dei gratia, Johannes Albertus & Ulricus , fratres , Duces Megalburgenses graui consilio, omnino decreuimus Academiam Rostochianam ad Dei laudem sartam tectam conseruare. Atq; ideo & nostro & Hæredum nostrorum nomine aureos 3500 annuos ad eius Academiz conseruationem è Monasterijs nostris Campestribus contulimus & deputauimus , literisq; seu formulis nostro sigillo munitis donauimus & confirmauimus, quod in omnibus facultatibus, ut uocant, aut professionibus, in Theologia, Iurisprudentia, Medicina, &

liberabilibus artibus idoneæ personæ aut  
Lectores honestè sustententur & alantur,  
utq; in ditione nostra, uera Dei cognitio &  
salutaris doctrina bonæq; artes ad posteri-  
tatem propagentur.

Quamuis autem in hac misera & infir-  
ma uita, nullus cœtus sine multis & multi-  
plicibus neuis, uicijs atq; zizanijs sit, quam  
uis etiam Magistratus maiori seueritate di-  
sciplinam conseruare deberet, hic tamen  
præcipuuſ & maximè neceſſariuſ labor &  
præclarum laudatissimumq; opus est in A-  
cademijs probè & ritè constituendis maxi-  
mi fieri & summè prædicari debet, quod  
in ijs linguæ, Propheticorum & Apo-  
ſtolicorum scriptorum & Symbolorum  
enarratio, & sanus intellectus, item hi-  
storiæ atque omnes artes ingenuæ con-  
ſeruantur. Vbi etiam hoc est, quod præ-  
cipuum, summum, & ut sic dicam prin-  
cipale est, ibi quoque sunt aliquot Deo  
placentia Ecclesiæ membra, ut maximè  
admixti sint aliqui diſſimiles illis, ſicut  
ti tempore Zachariæ & Simeonis fue-  
runt Pharisæi & Sadducæi. Et hic cœtus in  
Academia aliqua mediocriter constituta,  
in qua ſunt aliquot pij, docti, & intelligen-  
tes uiri, qui huc operas mutuas conferunt,  
ut Deus ritè cognoscatur & inuocetur, &  
ut disciplina atque artes bona conſeruen-  
tur,

tur , & ubi tot linguarum & artium notitia & cognitio floret, id ornamentum Ecclesiae eximum & toti Regioni salute re est.

Debet & puritas doctrinæ in hac Academia conseruari illibata, in lectionibus, disputationibus , & concionibus publicis, ut antè saepe iam dictum est, quæ consentiat cum scriptis Propheticis & Apostolicis ac Symbolis Apostolico , Nicæno & Athanasij , quæ doctrina consona est & Catechismo Lutheri, eiusque & Augustanæ Confessioni, quæ Anno 1530. Cæsari est exhibita , qualis & nunc doctrina sonat per Dei gratiam in Ecclesijs huius litoris, Lubecana, Hamburgica & Lüneburgica, &c.

Si quis uero inter Professores articulum aliquem aut plures in doctrina impugnauerit , aut in dubium vocauerit , & schisma aut dissidium excitauerit, admonetur à Senatu Academicu , si que sententiam suam tueri perrexerit , controversia deferatur ad Consistorium , & per Consistorij iudices & Academiæ Senatum ad ipsos Principes , ut iij deliberent an eam ob rem Synodus Theologorum è vicinis Ciuitatibus aut alijs locis sit cogenda.

Quomodo aut in Scholis sint informatae

## 264 De conseruat Scholarum.

ac docendi pueri, & quæ eius institutionis  
& disciplinæ ratio esse debeat, id omnibus  
temporibus seriò in Visitationibus manda-  
ri debet.

Et cum sèpe noui Ludimagistri uocen-  
tur & recipiantut, cumq; pro uarietate in-  
geniorum alijs alia placeant, ut ea quæ pri-  
ores præceptores pueris tradiderunt suc-  
cessores eorum mutent, & cùm mutatio-  
nes illæ ac uariationes pueros in discendo  
retardent ac remorentur, & cum alia etiam  
incommoda inde consequantur, iudica-  
mus in rem pueritiae futurum si in genere,  
talis aliqua aut assimilis quam hsc subjici-  
mus in pueris docendis forma atque ratio-  
seruetur. In ipsis tamen Visitationibus con-  
siderentur Peristases aut circumstantiæ o-  
mnes, ut pro cuiusque ciuitatis, uici ac loci  
qualitate, ratione ac diuersitate in medium  
consulatur.

## DE SCHOLIS TRIVIA- libus aut puerilibus.

Principio distribuantur pueri in tres  
aut quatuor classes pro ratione profectus.  
Primæ classis pueri sint Alphabetarij, ij qui  
prima literarum elementa agnoscere & le-  
gere discunt. Hi primò discant enchiridi-  
ola illa aut libellulos, in quibus est Alpha-  
betum, hoc est literarum elementa, Oratio  
Domi-

Dominica, Symbolum, Decalogus. Nec alij libelli ijs debent proponi principio.

Postea Donatus & Cato simul ipsis proponantur, sic ut Ludimagister quotidie unum atq; alterum Versum aut distichon exponat, quod pueri postridie aut in altera aliqua hora recitent & exponant, ut aliquot Latinas uoces discant, & ad Latinæ linguæ usum uerba & formulas colligant, & earum suppellectilem aliquam in promptu habeant. Estq; utile ut non semel duntaxat, sed bis etiam legant Donatum & Catonem.

Hi pueri doceantur & pingere literas, præformentur illis figuræ elementorum quas pingendo imitentur, atq; serio exigatur ab eis, ut quotidie Ludimagistro exhibeant ea quæ pinxerunt aut scripserunt.

Et ut plus uocularum Latinarum discant, binæ ipsis Latinæ uoces quotidie sub Vesperam proponantur, ut eas ediscant & postridie mane præceptor i recitent, easq; in libellulos peculiares describant, aut si ipsi pingere nondum possunt, ab alijs current sibi describi, addaturq; Latinis uocibus uernacula lingua, ut Deus, Gott, Cœlum, der himel.

Doceantur hi pueri & cantillare aliquid cum alijs pueris ut postea dicetur.

AL T E R A classis habeat pueros, qui

266 De Scholis triviali, aut pueril.

probè & exactè iam didicerunt legere, qui-  
que regulas Grammatices ediscere incipi-  
unt. Quotidiè à prandio exerceantur pue-  
ri in Musica. Huius Classi aut Decuriæ, quæ  
secunda uocari potest, aut his pueris qui ex-  
peditè iam legunt, exponantur Fabulæ Æ-  
sopi, quas Ioachimus Camerarius conuer-  
tit in linguam Latinam è Græca, idq; fiat so-  
ria secunda & tertia. Seligat & Ludimagi-  
ster pueros, quos idoneos iudicauerit,  
quibus deinde prælegantur aliquot Dia-  
logi suaues & iucundi è Colloquijs Eras-  
mi, eiusque libellus de Ciuitate morum,  
atque etiam Libellus Ioachimi Camera-  
rij, cuius titulus est, Præcepta morum, &c.  
Sed Æsopus tamen semper maneat in scho-  
lis.

Feria quinta & sexta huic Classi expo-  
natur Terentius, eumq; pueri de uerbo e-  
discant. Non itaq; obruendi sunt, sed pau-  
ca ipsis exponenda quod facilius memoriz-  
commendent.

His pueris sub uesperam, ubi Ludum  
egressuri sunt, elegans & utilis aliqua Sen-  
tentiola præscribenda & exponenda est,  
quam statim in libellum aut enchiridio-  
lum suum describant, & domi repetant  
atque ediscant, quod eam altero die in Lu-  
dum manè reuersi recitare queant, qua-  
les hæ sunt, Timor Domini initium Sa-  
pientie

pientiæ. Item: Omnibus in rebus modus est pulcherrima uirtus, ac similes.

Mane hi pueri recitent ea quæ in Ælopo & Terentio pridie audierunt, Et Præceptor aliquot nomina eos declinare, & uerba aliquot coniugare iubeat, pauca aut multa pro ratione & captu atque profectu puerorum. Exigat & diligenter regulas de Generibus, Casibus, Præteritis & Supinis, &c. Si etiam Regulas Constructio- num didicerunt pueri, iubeat & construe- re, ut uocant, & regulas Syntaxeos aut cō- structionis exigat.

Altera hora antemeridiana his quatuor diebus, Lunæ, Martis, Iouis & Veneris seu feria secunda, tertia, quinta & sexta reci- tent memoriter particulam aliquam in E- tymologia. Eas regulas postea Præceptor exemplis explicet & declareret. Sique ety- mologiam didicerunt, postea & Synta- xin, eadem hora, itidem memoriter recitent. Præceptor uero eas regulas ex-emplis declareret, interrogans pueros in uernacula lingua, ut exempla Latini- na iuxta regulas Syntaxeos faciant, Ex-empli gratia, Vvie soll mann im Latein sprechen, id est, quomodo Latinè effe- tur hæc sententia, Straffe folget gevuiſlich nach verachtung Gottlicher Gebot, id est, Pœna comitatur certò contemptum

268 De Scholis triuial. aut pueril.

diuiniarum legum. Et omnino magna diligentia & seueritate à Ludimagistris huc cogendi sunt pueri, ut regulas Grammatices memoriter ediscant. Nec ullo modo ferenda est quorundam amentia & stoliditas, qui regulas contemnunt, putantq; se cœtra cognitionem regularum linguam Latinam discere posse. Est hoc quoq; utile ut in tota regiōe ijsdem non uarijs Etymologiaz & Syntaxeos libellis utantur.

Die Mercurij & Saturni seu feria quarta & septima Catechismus proponatur, & repetatur per oēs classes. Præceptores singulos pueros ordine clarè & enucleatè iubent recitare Decalogum, Symbolum fidei, precationem Dominicam.

Grandioribus in Catechismo propo-  
nantur plura, uidelicet, Quot sint personæ  
Diuitiatis, Quid sit Lex, Quid peccatum,  
Quid Euangelium, Quid poenitentia, Quo  
modo homo accipiat remissionem pecca-  
torum, &c. Seriò etiam mandetur ut idem  
Catechismus per totam ditionem in Scho-  
lis tradatur & usurpetur.

Iisdem duobus diebus exponatur etiam  
Scholasticis lectio aliqua sacra aut libellus  
aliquis Scripturæ sacræ: Diebus Mercurij  
Matthæi Euangelium aut Prouerbia Salo-  
monis, Diebus Saturni Prior Epistola ad  
Timothœum, aut Epistola ad Colossenses,  
aut

## De Scholis trivial. aut pueril. 269

aut insignis aliquis Psalmus , quales sunt,  
Miserere mei Deus, Psalmus 51. Beatus uir,  
Quare tremuerunt gentes , De profundis,  
Item Psalmus 24. Ad te Domine leuaui. Itē  
33. Benedicam Dominum in omni tempore,  
Psalmus 126. Nisi Dominus ædificauerit.  
Psalmus. 132. Ecce quam bonum,&c.

In expositione aut interpretatione harum lectionum ē sacris , diligenter præceptores indicent Grammaticam , & simplicem proprium ac grammaticum sensum aperiant pueris , nec alienas disputationes admisceant. Ediscant etiam aliquot eorum Psalmorum pueri, ut ijs inuocationem suā exerceant & exercent.

Quidam Ludimagiſtri nihil nisi sacras literas pueris proponendum putant , quidam planè nihil sacrarum. Vtraq; pars errat. Sed is ordo quem dixi , utilis est pueritiae , eumq; seruet qui fidi præceptoris munere fungi uoluerit.

TER TIA classis in Scholis frequenti oribus sit eorum qui sic utcunq; & tolerabiliter grammaticen tenent. Hi à prandio exerceantur in Musica cum alijs hora usita ta, ut antè diximus . Hinc diebus Lunæ & Martis exponatur ipsis Virgilius, Diebus Iouis & Veneris selectæ aliquot Epistolæ Ciceronis aut libellus Ciceronis de Amicitia , de Senectute aut Salustius,

270 De Scholis triuial, aut puer.

Circa Vesperam exponantur & exerceantur Regulæ Prosodiæ, & quædam utilia ac Iuuia Poemata Ouidij de Ponto, aut Hero ides Eobani, aut aliquot elegiæ Sabini, aut Stigelij exponantur.

Mane altero die ijdem pueri pro ratione temporis Virgilium aut Epistolas Ciceronis exponant. Præceptores etiam ea quæ exposuerunt iubeant construere, ut uocat, & regulas constructionis è Syntaxi exigant. Nec tardere præceptores eius laboris debet, molesti quidem sed pueris utilissimi. Declinari etiam & coniugari difficiliores uoces iubeat.

In hac classe repetenda est & etymologia atq; Syntaxis. Recitent & singuli pueri memoriter regulas. Hæc etymologiæ & Syntaxis repetitio pernecessaria est. Possunt Ludim magistri ea hora qua fit hæc repetitio, secundam & tertiam classem coniungere, ut ea hora simul pueri exerceantur & audiatur.

Hæc ut ritè fiant, necesse est ut Præceptores ipsi Grammaticen probè teneant. Nam quæ quis ipse non didicit, ijs non delectatur, nec ad ea discenda excitat alios. Et quæ quis nescit nemo docere potest. Loquantur Præceptores cum Scholasticis Latinè etiā. Cogant etiam Scholasticos inter se Latina lingua uti.

Singulis

Singulis septimanis pueri tertiae classis diebus Saturni præceptor exhibeant Latinum aliquod scriptum aut Epistolam aut Historiam aut carmen aliquod. Præceptor dictet etiam pueris in lingua vernacula aliquot insignes Historias, quas sequenti septimana conuertant in linguam, qualis est historia de Iosepho, de Sampstone, de Dauide, de filio perdito, &c. Item ex alijs autoribus de Vlysse & Polyphemō, de Hercule & Omphale, de Cyro, de Cambyse & Sysanīs Iudice, cuius cutis detracta iussu Cambyse in Tribunal expansa est, ut filius in tribunal collōcatus pelle paterna commonefatus iuste iudicaret. Item de Mida cuius aures ob id quodd non recte inter Apollinem & Pana iudicasset, in auriculas Asininas sunt commutatæ, & similes historiæ, aut apologi, aut fabulæ de re aliqua utili admonentes, ut ita pueri simul & linguam exerceant & historias discant & de virtutibus multis commonefiant. Debet etiam operam Præceptores, ut earum Historiarum & fabularum utilium suppellectilem aut copiam aliquam mediocrem ad manum & in promptu habeant.

Ea quæ in Scriptis puerorum Grammatica non sunt, indicet Præceptor & clementer.

Si in Ciuitatibus maioribus tanta est pue-

272 De Scholis triuijal. aut pueril.

rorum frequentia, ut quarta Clasis addi-  
queat, tum ea sit eorum puerorū qui probè  
& exactè iam tenent etymologiam & Synta-  
xim. His eadem hora regulæ Dialectices  
proponantur ut eas recitent: eas & præce-  
prior facilibns & utilibus exemplis decla-  
ret. Deinde proponantur ipsis initia etiam  
Rhetorices.

Hi singulis septimanis una hora etiam  
regulas Græcæ grammatices recitent. Se-  
quenti die una hora detur expositioni Pho-  
cylidis, deinde Hesiodi & Isocratis ad De-  
monicum.

In exercitio Græcæ Grammatices præ-  
scribat aliquando pueris utilem aliquam  
sententiam, ut uoces aliquot Græcas di-  
scant, ut & rectè pingere elementa aut lite-  
ras eius linguaæ consuescant. Ipse Preceptor  
etiam discat pingere eleganter literas. Sen-  
tentiae autem hæ ac similes proponantur.

Homerus ait: εὐχεάδις ωντες δὲ θεού  
χατίουσι ἀνθέωσι. Item ἔχει θεός ἐκδι-  
κονδύματα, Item ἀρχήν ἀπάντων γούτελο  
ποιεῖ θεός. Item κακῆς ἀπ' αρχῆς γίνεται  
τελος κακοῦ. Et his similes, quarum sen-  
tentiarum in ea lingua magna copia af-  
fuit.

Eftq; ualde utile, ut Iuuentus mox ubi  
intelligere incipit, tales sententias audiat &  
discat.

Sunt n. generales regulæ uite, quæ de uirtutibus postea admonet, & ad eas excitat. Estq; orationis quoddam decus & ornamentum singulare, si eæ sententiæ accommodentur apposite ijs de qbus agimus & loquimur. Prosunt pueris ad hoc quoq; ut meliora inueniant, & ut meliore ordine atq; elegantius ea quæ scripturi aut locuturi sunt proponant.

Si δοκησίσθαι aliquis, qui sibi sapientiam magnæ persuasionē induit, hic dixerit, Hec esse puerilia, libenter id fateor. Sed hæc puerilia sunt maximè necessaria. Sunt enim εισαγώγαι, & introductio seu preparamenta aut rudimenta bonæ disciplinæ & bona rum artium, ubi pueritia Catechismum & Grammaticā probè didicerit. In oībus edificijs hoc præcipue necessarium est, ut iacia tur bonum fundamentum. Sunt autem hæc puerilia, pietatis & bonarum literarum atque artium fundamenta. Quare contemni aut leuia & despicabilia duci non debent.

Et cum Artifex industrius ad eam rem pertineat, qui iacere ea fundamēta debeat, ideo ubi Ludimagister aliquis in ciuitatibus huius ditionis aut Ducatus acceptandus est, mitti debet Rostochium, ut à personis, quibus id officij demandabitur, antem examinetur, & ab ijs testimonium afferrat, se ad id munus docendi pueritiam esse idoneum.

Q V I N T A P A R S,  
DE CONSERVATIONE ET D E-  
fensione Pastorum, aliorumq; concio  
natorum, ac Professorum in Aca  
demijs & Triuialib. scholis.



Salmus ingt, Nō mortui lau-  
dabūt te Dñe, scilicet, uerbū  
Dei prædicādo, aut docēdo,  
& inuocādo Deū, ut suis la-  
boribus aut confessione ui-  
uis ieruiāt, & profint, sed sic nec aliter Deus  
fibi æternā Ecclesiā colligere uult, ut in hac  
uita in humano genere incipiat cognitio i-  
psius per Euāgelij doctrinā. Qui itaq; in hac  
calamitosa atq; imbecilli uita ad Deū nō fue-  
rit cōuersus, is in æternum exitiū ruit, sicut  
ti clarē docet Apostolus 2. Cor. 5. superindu-  
emur si induit nō nudi reperiemur. Item:  
Beati q; in Dño moriuntur. Qui itaq; ex hac  
uita discedit nō cōuersus nec credēs in Chri-  
stū filiū Dei Dñm nostrū, is nō pōt nō dāna-  
ti. Itē 2. Cor. 5. ait Apost. Oēs nos manifestari  
oportet corā tribunali Christi, ut reportet  
unusquisq; ea quę fiunt per corpus iuxta id  
qd fecit siue bonū siue malū. Cū itaq; in hac  
prēsenti ac mortali uita ecclesiā colligi ne-  
cessē fit, cumq; æterna uita per Euāgelij do-  
ctrinā hic inchoetur, necesse etiā est, ut mi-  
nisteriū uerbi & ministri uerbi cōseruētur.  
Et

Et seuerū Dei mandatū extat ut cōseruētur.  
Donec etiā in hac uita superstites sunt mini-  
stri, suppeditāda ipsis sunt unde alātur, un-  
de uestiāt, unde studia excolant. Est & Dei  
mandatū ut cōsulatur ipsorū egentib. uxo-  
rib. & liberis ne in famis periculū ueniant.

Et cū Deus ipse sciat mūdū ataxijs multis  
refertū esse, cūq; maxima pars hoīm Deū &  
Euāg. eius contēnat, ipse ut cōsolatione sua  
nos aiaret & fulciret, pmittit se ministris suī  
uerbi daturū unde alātur, & in ecclesia excī-  
taturū aliq; singulare qdā afflatu diuinō  
moti, nō abhorreāt à functiōe docēdi qdū-  
uis ardua, ut exhausta illa uidua in ciuitate  
illa metallicā Sarepta, & ut Abdias in perse-  
cutiōe pios & doctos illos uiros in spelūcis  
abscōditos aluit, & ut pia matrona Elizabet  
fouit filiū suū Ioā. Baptistā in fuga ultra Ior-  
danē, cū Herodes pueros bimulos & mino-  
res iterficeret, ut Maria fouit Christū in Æ-  
gypto cū parentibus profugū &c. Atq; ideo  
monet Christus ut primū quēramus regnū  
Dei & iusticiam eius, addita promissione,  
quōd tunc omnia sit nobis adiecturus.

Hæ promissiōes & hęc exempla nos con-  
solentur, ut statuamus Deum seruaturū Ec-  
clesiā, quamuis maxima pars hoīm ueram  
doctrinā aspernetur & persequatur. Neq; n.  
patietur Chrūs ecclesiā suā funditus deleri.  
Est tamen omnib. Magistratibus, imò o-

mnibus etiam hominibus, maximè ijs qui  
mēbra ecclesiæ esse uolūt, serìo mandatū, ut  
& ipsi gratitudinē suam erga Deū pro tāto  
beneficio testantes, ad conseruationē mini-  
sterij & sustentationē ministrorū uerbi ali-  
quid cōferant. Imò eā ob causam Deus ter-  
rā annuis fructibus fœcundat: & mundū i-  
deò cōseruat ut mēbra ecclesiæ colligat. Om-  
nes. n. fructus crescunt p̄cipue & maximè  
propter miseros illos homines tā paruulos  
q̄ adultos, qui mēbra Christi iam sunt aut  
futuri adhuc sunt. Ergo decet & æquum est  
ut fideles uerbi doctores ac ministri corū  
q̄b honorū portiōe aliqua fruātur, ut & A-  
postolus testatur. 2. Tim. 2. Laborantē agri-  
colā oportet primū de fructibus percipere.

Ac in lege Mosaica Deus ipse, fons oīs sa-  
pientiæ, legū, & iusticiæ, peculiarē in suo po-  
pulo tribū ad hoc cōstituit ut munia docē-  
di & cultuū in ecclesia subiret, uidelicet, tri-  
bum Leui, cui & prospexit liberaliter de-  
limētis, è sacrificijs, primitijs, decimijs, ac de-  
habitationibus proprijs alijsq; ad uitā sultē  
tandam & commodē exigendā necessarijs.

Etsi aut̄ ad Leuiticas illas ceremonias al-  
ligati nō sumus (id qđ scire omnino opor-  
tet) hoc tñ obseruandū est probè, eo ipso q;  
sacerdotibus in ueteri Testamēto, tam beni-  
gnè prospexit de uictu, satis testari Deū, se  
hoc omnino uelle & serìo req̄rere ut ad cō-  
seruatio-

fruationē doctrinæ & ministerij uerbì ministerii ecclesiæ alātur. Vult Deus hoc q̄q; nobis semper esse in cōspectu & nos probè tenere, q; pro summa sua misericordia æternā ecclesiā in hac uita per uerbi ministeriū nec aliter, colligat. Et i. Cor. 9. ait Paulus, Sic Dñs ordinauit, ut q; Euangelium annunciant ex Euangeliō uiuant, id est, habeant omnia ea quę ad sustentandā hanc uitā sunt necessaria. Et sēpe hoc p̄ceptū est repetitum.

Hinc clare patet q; illi oēs grauiter cōtra Deū peccent & sua ingratitudine Deū uehe mēter offendāt, q; ad conseruandū ministeriū uerbi nihil cōferunt, pro modo cōditionis & facultatū suarum, maximē ij q; dia bolicis calūnijs proscindūt & exagitant, cōtumeliosēq; tractant miseros uerbi ministros, auaritiæ eos subinde insimulantes, cum tamen fames ex ore ipsorum emicet, ac facies eorum ac familię ipsorum sēpē testentur, eos probè aliquando esurire, aut non magna eos abūdātia affluere.

Sunt etiā qui bona ecclesiastica & Parochialia furātur & rapiūt ubi cunq; possunt. Et sunt Hypocritæ quidam, qui crassum & tetrum hunc errorē publicis etiam scriptis sparserunt, ministros uerbi nō posse nec debere quicq; proprij habere. Vagantur etiam paſsim multi Anabaptistæ, q; uulgus & ru diores cōtra Pastores ē salarijs & reditibus

uiuētes, irritāt & accēdunt, gloriātes se doce  
re gratis, nihilq; habere stipēdij, & se multis  
erūnis, crucibus & afflictionib. conflictari.

Cōtra has erroneas, absurdas & fanaticas  
opiniōes, calūnias & blasphemias, qbus de-  
formatur ipsum ministeriū diuinū (in quo  
**Christus ipse Pontifex, Archiepiscopus &**  
**summus Pastor est, in q; & per uocē Euāgelij**  
**efficaciter operatur, cōuertens multos ad fa**  
**lutē) probē muniātur rudiores, ne ab istis**  
**impostorib. & fanaticis circūueniātur, sed**  
**doceātur & admoneantur ut Euāgelij do**  
**ctrinā, & Christū ipsum ciusq; mēbra, misē**  
**ros Pastores & ministros uerbi diuini, ex**  
**aio diligāt, cōpleteātur colāt ac uenerētur.**

Est & officiū Magistratus in bonorum ec  
clesiasticorū fures & raptoreſ aiaduertere.

Apostolorū tēporib. colle & q; sunt in ec  
clesia eleemosynę, qbus ministri uerbialē  
bātur, & egētibus subueniebatur. Post aliquā  
ſecula Cōstantinus Cæsar ecclesiæ donauit  
bona & reditus ad conseruationē Ministe  
rij, nō regna, nō dñationem aliquā terrenā,  
nō ciuitates. Sed Iulianus Apostata ijs rediti  
bus ecclesiā postea spoliauit, scōmatib. etiā  
illudēs Christianis, q; hoc modo negociū sa  
lutis & beatitudinis eorū proueheret, cū do  
ctrina Christi testetur Beatos esse pauperes:  
quibus Sarcasmis & nunc quidā utūtur. Eo  
ecclesiæ hoste ē uiuis sublato Iouianus &  
Theodosius

Theodosius donarūt quidē ecclesię quædā, sed nō ita multa: Nō lögē post ecclesię & ca- rū cōſtitutiōes per Gotthos, Vādalos, Hun- nos in occidēte, & per Sultanū in oriēte tur- batę & crudeliter uastatę ſunt.

Postea Carolus M. in Italia, Gallia, & Ger- mania ecclesiās restaurauit & in multis lo- cīs conſtituit. Papa uerò Romanus eo ipso creuit, potētior'q̄ factus, doctrinaq̄ uera ob ſcurata eſt. Et inde ab initio Papæ, Episcopi, Canonici, ambiuerūt dominationes mun- danas & in hoc toti fuerunt, ut imperitarēt & alijs dominarētur postpositis ſtudijs, & concionum laborib⁹, examinibus, ordi- nationibus & uifitationibus ordinarijs, in quibus commonefactiones de doctriñę pu- ritate, & cultibus ueris, alijsq̄ ad pietatē & ecclesiæ utilitatē necessarijs, fieri debebant. Magnos Principatus aut Principum ditio- nes miris artibus, infidijs, dolis, astu, fraudi- bus, imposturis, uafricie & calliditate atque etiā multis & magnis tumultibus ac moti- bus bellicis ad ſe pertraxerunt, & ſibi ſube- gerunt. Sed cūm palām ſit Christum Eccle- ſiæ gubernationē à politica ſecreuiſſe & in- ter eas discriminasse, cūmq̄ Pōtifices Roma- ni & episcopi in uocatione ſua nō māferint ſed extra eā egressi ſint, eſt expendendū Ma- gistrati qđ ſit hic officij iſforū, & quātum poſſūt, dēt operā ſumma diligētia ut hic cō-

sulatur Dei gloriæ, ipsorumq; ac subditorū saluti. Quāuis aut Papisticos errores, idolomanias, imposturas, rapinas & libidines, aliosq; abusus atq; scelera ac flagicia eorū taxamus palam in nostra & ecclesiarum nostrarum Confessione, non tñ hoc animo sumus q; quicq; uelimus aliud tentare aut cōsulere, q; quod ratio Vocatiōis nostræ requirit, & quantū ex officio debemus. Deus suo tempore, quod ipse nouit, Pontificum Romanorum idolatrias & dominationem affectatam, & nullo iure occupatam, prosternet, ac rapinas illorum bonorum rursus diripi iubebit. Hæc breuiter tantum addidimus, quò Confessionem nostram hic obiter adderemus & conseruaremus.

Bona uero Ecclesiastica quæ sunt in nostra ditione, Episcopatus, Canonicatus, Monasteria, & Præbentias, quas uncant, diripi Magistratus nequaq; patietur, sed dabit operam ut conseruentur ad ecclesiarum utilitatem, quò pro ratione Ciuitatum & Pagorū ex ijs bonis de consilio piorum & prudenter uirorum salario constituantur Academiq; professoribus & ecclesiarum ministris. Pium. n. est & legibus consentaneū, ut hæc bona quæ olim ad conseruationem ministeriorum in ecclesia contributa & cōdonata sunt, nunc quoq; in hunc usum conferantur, ut doctrina, Ecclesiæ, Scholæ, & Ptocho dochia

dochia aut Hospitalia, ut uocant, cōseruentur. Visitatores itaq; significant quæ Ecclesiæ subsidio aliquo opus habeant, ut ijs succurratur. Manifestū est & hoc, sic Ordinatio nem & Examen constituendū esse, ut Ordinādis, si tenues sunt, suppeditetur sumptus ubi Ordinatio ad aliquot dies est procasti nanda, ut probè antē informentur, & de ijs quæ ipsorum officij sunt, edoceantur. Examē. n. & Informatio aut Institutio sunt māximè necessaria. Nec sine grandī aliqua pecuniae summa Consistoria, quæ uocant, cōstitui atq; Visitatiōes fieri possunt: id quod oēs intelligentes norunt. Et in hunc usum Episcopatus tatis redditibus & donarijs dotati sunt. Ac detestanda est Episcoporum & Canonicorū Papisticorū ingluuies, eas eleemosynas perditè nunc cōsumentium & Ecclesiæ nihil omnīnō seruientiū, imò eā ustantiū. Est & deploranda miserorum & de solatorum Pastorum ac similiū qui Ecclesiæ seruiunt conditio, quibus labores Ordinationis, Cōfistoriū, & Visitationis sunt impositi, nec tñ tantum de bonis illis Ecclesiasticis accipiunt, quantū ad eā rem opus est.

Est itaq; hic animus & hæc uolūtas Principum, ut in eum usum Episcopatuū & Monasteriorum bona ac redditus conferantur. Agnoscant enim se ex officio debere Ecclesiæ subsidio & præsidio esse, iuxta illud Pro

phetæ Esaiæ cap. 49. Erūt reges nutricij tui  
& reginæ nutrices tuæ, hoc est, Reges & Prin-  
cipes Ecclesiastarū curam, patrocinium & tu-  
telam suscipiant, sint ueluti patres & nutri-  
tores earum, & animo paterno eas comple-  
ctantur, & in hoc sint toti, ut conseruetur  
ministerium & ut ministri habeat quibus  
sustententur. Ita & omnes Ciuitates & Poli-  
tiaz honestæ in hoc totæ sint & summa cu-  
ra aduigilent ut conseruetur ministerium  
utq[ue] ita Ecclesiæ sint nutrices.

Huic mandato diuino per gratiam Dei,  
Principes parituri sunt. Et cùm dictum id  
Esaiæ de omnibus Magistratibus loquatur,  
sint & Ciuitates ad opus tam pium ac salu-  
tare faciles & lubentes.

Ac primū in omnibus Ciuitatibus & Pa-  
gis bona Parochialia aut Ecclesiastica fide-  
liter conseruentur & augeantur.

Et singulis diebus festis in omnibus Paro-  
chij publicè in templis aut ante ualunas té-  
plorum colligantur eleemosynæ, quibus  
pauperes pro ratione & conditione cuiusq[ue]  
personæ, alantur & foueantur.

Deinde in singulis Ciuitatibus tam ma-  
gnis q[uod] paruis per Senatum constituatur Ga-  
zophylacium, in quo reditus & bona Eccle-  
siæ reponantur. Et cū facella, prebendæ & fra-  
ternitates ut uocant, quæ in Ciuitatibus o-  
lim fuerunt, habeant suos reditus, ij redi-  
tus

tus in communem Cistam reponi debent, ut inde sumantur stipendia Diaconorum, & Ludimagistrorum atq; etiam eleemosynæ pauperum. Ad rationes acceptorum & expensorum eligantur homines spectatae si dei & integritatis. Tale Gazophylacium aut talis Cista, si abundat & affluit, toti Ciuitati prodest. Quapropter si quæ priuatæ personæ in Ciuitatibus ius Patronatus aliquarum Præbendarum aut Beneficiorum, ut uocant, haberent, nō tamen ob id sibi ea bona uedicare, aut in suum usum transferre debent, cum Ecclesiæ damno. Nam tales præbendæ à maioribus eorum ecclesiæ dicatae & donatae sunt. Vt & Principes ipſi episcopatum & Monasteriorum bona sibi nolunt uendicare, sed ad utilitatem ecclesiæ, studiorum, aut Academiæ, & Scholarum, item Consistoriorum, Ordinationum & Visitationum conseruare & tueri studebunt.

Quisq; conſyderet ac cogitet etiam communem utilitatē, & magnificam ac munificam illam liberalissimamq; Christi Domini nostri promiſſionē ubi ait, Qui dederit poculū frigidæ uni è pusillis nomine discipuli, id est, propter doctrinam, amē dico uobis nō perditurus est mercedē suam. Hanc promiſſionē magnificamus, nec dubitemus Deum ob eas eleemosynas mitigaturū

multas pœnas , & cumulaturum dona . Sic exerceamus ueram fidem , simusq; alacres & lubētes ad largiendas eleemosynas & ad conferendam opem & operam , ut ministrium conseruetur , &c. Principes etiam Deo auxiliante piam illam Gazophylaciōrum ordinationem diligenter & sedulo tuebuntur & conseruare studebunt.

Senatus etiam cuiusq; ciuitatis quater in anno aliquot probatæ fidei uiris id demandet , ut ex omnibus ædibus eleemosynas in Cistam illam communem colligant , uidelicet in festis Natiuitatis , Paschæ , Pentecostes , & die Michaelis . Ad moteri autem ante debet populus per Pastorem pro & à cōcione ut libenter & largè contribuant .

Omninō enim decet & equissimum est , idq; serid requirit Deus , ut quisq; ad conseruationem ueræ doctrinæ & piorum cœtūm , pro sua persona ipse quoque aliquid opis & subsidij afferat , detq; significatiōnem aliquam gratitudinis erga Deum pro hoc longè omnium maximo beneficio ac Dono , quòd se patefecit nobis , quòd filium suum ad nos misit , quòd doctrinam ueram nobis donauit , quòd honestos cœtus illos Ecclesiasticos conseruat , in quibus nos erudit , docet , instruit , & inuocantes exaudit , &c.

Et ut æteriā Ecclesiam in hac uita sibi colligat .

colligat, hanc corporalem quoque uitam,  
& ea quæ ad sustentationem uitæ necessaria  
sunt, regnacq; ac politias conseruat.

Et cum hæc humana natura non ad  
hanc miseram, æruginosam & caducam  
fluxamq; uitam condita sit, sed ad uitam  
sempiternam, in qua ad Deum conuersi dī  
uinam essentiam in omnem aeternitatem  
contemplabuntur, & diuina sapientia, lu-  
ce, & iusticia replebuntur, cumq; non ali-  
ter quam per ministerium uerbi & Sacra-  
menta sit in hac uita in nobis ea inchoatu-  
rus, ideo diligenter & saepe admonēdi sunt  
auditores, ut hæc immensa Dei dona repe-  
tant memoria, ac probè consyderent, mini-  
steria ament, ac colant, & in ijs Deum &  
in Christum Dominum prædicent ac glo-  
rificant, Deumq; ardenter orent, ut purita-  
tem doctrinæ conseruare dignetur, eiq; grā-  
tias agant, agnoscantq; id sumnum in ter-  
ris esse beneficū & donum, si Magistratus  
cura summi huius operis etiam afficitur,  
ut uera Dei cognitio & inuocatio plante-  
tur & propagetur. Cogitet & quisque se  
quoque membrum esse Ecclesiæ, & si  
bi quoque opem aliquam ad Ecclesiæ con-  
seruationem esse conferendam. Hoc  
Deus ipse saepe mandauit, & pro ijs benefi-  
cijs & officijs Ecclesiæ præstitis promisit se  
præmia magna largiturum, & in omnibus

OCN 55555423

